Anno ab vrbe cõdita·dc·vi· id est ãno·l· post bellum punicũ secundum· gneo cornelio lentulo lucio nummio consulibus publius scipio superioris ãni consul delere cartaginẽ suprema sorte molitus·cotonem ingredit̃· Ibi dum cõtinuis·vi·diebꝫ noctibusqꝫ pugnat̃·vltima carthaginenses desperatio ad deditionẽ traxit·petẽtes·ut quos belli clades reliquos fecit·saltem fuire liceat. Primũ mulierũ agmen satis miserabile· post viroꝝ magis deforme descendit·Nã fuisse mulierꝫ·xxv·milia·viroꝝ·xxx·milia mẽorie traditũ ẽ

Rex hasdrubal se vltro dedit· Transfuge quia escolapij tẽplum occupauerũt·voluntario ꝑcipitio dati·igne consumpti sũt Vxor hasdrubalis se duosqꝫ filios secũ viri dolore et furore femineo ĩ medium iecit incendium· eundẽ nunc mortis exitum faciẽs nouissima regina carthaginis· quẽ quondã ꝑma fecisset· Ipa autẽ ciuitas·x·et·vij·cõtinuis diebꝫ arsit·miserũqꝫ spectaculum de varietate condi tionis humane victoribꝫ suis prebuit· Diruta est carthago oĩ murali lapide in puluerẽ cõminuto·dc·post anno qm̃ cõdita erat· Multitudo omnis captiuorũ exceptis paucis ꝑncipibꝫ vendita est·

Ita quarto qm̃ ceptum fuit ãno bellum punicũ tercium termina tum est· Ca·lxxxxij·

Sed michi quamlibet studiose querẽti· verumtamen homini tardioris ingenij nusqm̃ omnino causa tercij punici belli q̃ in tantũ carthago accẽderit·ut iuste euerti decerneret̃ eluxit· Illud quoqꝫ me vel maxime mouet· q̃ si ita ut ĩ superionbꝫ bellis euidẽs in assurgentẽ causa et dolor accendebat·consultacõe opus non erat At vero cũ alij romanoꝝ propter ꝓpetuã rome securitatẽ delendam esse decernerent·alij vero propter ꝓpetuã romane ꝫtutis curam quã sibi semper ex suspicione emule vrbis impẽderẽt·ne vigor romanis bellis sꝑ exercitatus·in languidã segnicẽ securitate et ocio soluerẽt· incolomem carthaginem statui suo permittendã esse censuerũt· causam non ex iniuria lacessentium carthaginensiũ·sed ex inconstãtia torpescentium romanoꝝ ortã inuenio·Quod cũ ita sit· cur xp̃ianis cur tẽporibus imputãt hebetationẽ ac rubiginẽ suã·qua foris crassi intus exesi sunt·Qui porro ante·dc·fere annos·sicut sui prudentes timentesqꝫ previxerãt· cotem illam magnã splendoris et acuminis sui cartaginẽ perdiderũt· Itaqꝫ finẽ voluminis faciam· ne forsitan

collidendo vehementius discussa ad tēpus rubigine· vbi necessariū acumen dicere non possum· superuacuam asperitatem inueniam· q̄mq̄m obuiantē asperitatem nequaq̄m expauescerem· si interioris spem acuminis inuenirem· Finit quartus feliciter·

Scio aliquantos post hec deinceps permoueri posse· qp victorie romane multarum gentium et ciuitatū strage creuerint· quāq̄m si diligenter appendant plus damni inuenient accidisse q̄m commodi· Neqz enim paruipendenda sunt tot bella seruilia· socialia· ciuilia· fugitiuoz· mulloz vtiqz fructuum et magnaz tamen miseriarū· Sed conbibeo ut quēadmodum volunt· ita fuisse videaē· Vnde arbitroz esse dicturos· ez quid his tēporibz beatius· quibz cōtinui triumphi· celebres victorie diuites prede· nobiles pompe· magni ante currū reges· et longo ordine victe gentes agebanē· Quibz breuiter respondebiē· et ipōs de temporibus solere causari· et nos pro hisdem tēporibz instituisse sermonem· q̄ tempora nō vni tantū vrbi attributa· sed orbi vniuerso constat esse communia· Ecce q̄m feliciter roma vincit· tā infeliciter quicquid extra romā est vinciē· Quanti igiē pendenda ē gutta hec laboriose felicitatis· cui ascribiē vnius vrbis beatitudo ī tanta mole infelicitatis· per quam agiē totius orbis euersio· Aut si ideo felicia putantur· quia vnius ciuitatis opes aucte sunt· cur nō pocius infelicissima iudicenē· quibz miserabili vastacōe multaz ac bene institutarum gentium potentissima regna ceciderūt· An forte aliud tūc carthagim videbaē· cū post annos· c· xx· quibz modo bellorū clades modo pacis condicōes perhorrescēs· nunc rebelli intentione· nunc supplici· bellis pacē· pace bella mutabat· nouissime miseris ciuibus passim se in ignē vltima desperacōe iacientibz· vnus rogus tota ciuitas fuit· cui etiā nunc situ parue· menibz destitute· pars miseriaz est· audire q̄ fuerit· Edat hispania sententiā suā· cui per ānos· c· vbiqz agros suos sanguīe suo rigabat· importunūqz hostem vltro hostiatim inquietantē· nec pellere poterat nec sustinere· cum se suis diuersis vrbibz ac locis fractis cede bellorum· obsidionū fame exinaniti· interfectis coniugibz ac liberis suis· ob remedia miseriaz· concursu misero· ac mutua cede iugulabant· Quid tūc de suis tp̄ibz

sentiebat· ipsa postremo dicat italia· cur per annos·ccc· romanis vtiqz suis contradixit·obstitit·repugnauit·si eorum felicitas sua infelicitas non erat· Romanosqz fieri rerũ dominos bonis cõmunibꝫ non obstabat· Non requiro de innumeris diuersaꝝ gentium ppl'is diu antea liberis·tunc bello victis·patria abductis·precio venditis seruitute dispersis·quid tunc sibi maluerint·quid de romanis opinati sint·quid de tẽporibꝫ iudicarint·omitto de regibꝫ magnarum opum·magnarum virium·magne glorie·diu potẽtissimis· aliqñ captis·seruiliter cathenatis·sub iugum missis·ante currum actis·ĩ carcere trucidatis·quorũ tam stultum est exquirere sententiam·qm̃ durum non dolere miseriã· nos inquam ipos viteqz nr̃e electionẽ cui acquieuimus consulamus· Maiores nostri bella gesserunt· bellis fatigati·pacem petentes·tributa obtulerunt·Tributum vero precium pacis est· Nos tributa dependimus·ne bella patiamur·ac per hoc in portu ad quem illi tandem pro euadendis tempestatibus malorum confugerũt·nos consistimus et manemus· Igitur nr̃a tempora viderim vtrũ felicia·Certe feliciora illis ducimus·quia qꝺ illi vltime elegerũt·nos cõtinue possidemus· Inquietudo enĩ bellorꝫ qua illi attriti sunt·nobis ignorata ẽ· in ocio autem quod illi post imperium cesaris natiuitatemqz xp̃i tenuiter gustauerunt·nos nascimur et senescimus Quod illis erat debita pensio seruitutis·nobis est libera collatio defensionis· tantumqz interest inter preterita presentiaqz tempora·ut quod roma in vsum luxurie sue ferro extorquebat a nostris· nunc in vsum cõmunis reipublice conferat ipsa nobiscũ· aut si ab aliquo dicitur tolerabiliores parentibus nostris romanos hostes fuisse·qm̃ nobis gothos esse· audiat et intelligat qñto aliter qm̃ circa seip̃m agitur sibi esse videatur· Olim cũ bella toto orbe feruebant·queqz prouincia suis regibꝫ suisqz legibꝫ suisqz moribus vtebatur·nec erat societas affectionũ·vbi diffidebat diuersitas potestatũ·Postremo solutas et barbaras gentes·quid tandem ad societatem adduceret·quas diuersis sacroꝝ ritibus institutos etiã religio separabat·Siquis igitur nunc acerbitate malorum victus patriam cũ hoste deseruit·quẽ tandem ignotũ locum ignotus adijt quam gentẽ generaliter hostẽ hostis orauit· Cui se congressu p̃mo credidit· non societate nominis inuitatus· nõ communione iuris

adductus· non religionis vnitate securus An paruum exempli
derat busiridis in egipto·peregrinoz infeliciter incurrentium im=
piissimus immolator·crudelissima circa aduenas vpana·et taurice
litora· sed magis sacra crudelissima thracia· cũ polimestore suo vsqz
ad propĩquos hospites scelerata· et ne antiquitatib9 videar immo
rari·testis ẽ roma de pompeio interfecto·testis est egiptus de interfec
to rege ptholomeo Michi autem prima qualescunqz motus per=
turbatione fugienti·quia de confugiendi statione securo·vbiqz pa=
tria·vbiqz lex et religio mea ẽ· Nunc me affrica tam libẽter excepit
qm̃ confidenter accessi·nunc me inquã ista affrica excepit pace sim
plici·sinu proprio·iure cõmuni·de qua aliqñ dictũ ẽ·et vere dictũ ẽ
Hospicio prohibemur barene· bella cient· ꝑmaqz vetant consistere
terra· Nunc vltro ad suscipiendos socios religionis et pacis sue be=
niuolum late gremium pandit·et vltra fessos quos foueat inuitat·

Latitudo orientis·septentrionis copiositas·meridiana diffusio·
magnarũ insulaz largissime tutissimeqz sedes·mei iuris ẽ mei sunt
nominis·quia ad xp̃ianos et romanos·romanus et xp̃ianus acce=
do·Non timeo deos hospitis mei·nõ timeo religionẽ eius nece mea
non habeo talem qualem pertimescã locũ·vbi et possessori liceat ꝑ=
petrare quod velit· et peregrino nõ liceat adhibere quod conuenit·
vbi sit hospitis quod meũ non sit·Vnus deus ꝙ tẽporib9 quib9 ipe
innotescere voluit·hanc regni statuit vnitatẽ·ab omnib9 et diligit̃
et timetur·eedem leges que vni deo subiecte sunt·vbiqz dominant̃
vbicũqz ignotus accessero·repentinã vim tanqm̃ destituturus non ꝑ
timesco· inter romanos ut dixi romanus· inter xp̃ianos xp̃ianus·
inter homines homo legib9 imploro rẽpublicã·religione· conscien=
tiam· cõmunione naturã vtor temporarie omni terra quasi patria
quia ꝙ vera ẽ·et illam quã amo patriã in terra· penitus non est in
terra·nichil perdidi· vbi nichil amaui·totũqz habeo qñ quẽ diligo
mecũ est·maxime quia et apud omnes idem ẽ·ꝙ me non modo no=
tum omnib9·vez et proximũ facit·nec egentẽ deserit· quia ipius est
terra et plenitudo eius·ex qua omnib9 oĩa iussit esse cõmunia· Hec
sunt nostroz tempoz bona· ꝙ in totũ vel in tranquillitate pñtium·
vel in spe futuroz·vel in perfugio cõmuni nõ habuere maiores·ac
per hoc incessabilia bella gesserunt· ꝙ mutandarũ sediũ cõmuniõe

non libera perſiſtendo in ſedibus ſuis·aut infeliciter necati ſũt·aut turpiter ſeruierunt·quod clarius promptiuſq; ipſis veterum geſtis per ordinem explicitis apperietur· Ca·ij·

ANno ab vrbe condita·dc·vi· hoc eſt eodem anno quo et carthago deleta eſt·gneo cornelio·lucio numio conſulibus· ruinam carthaginis euerſio chorinthi ſubſecuta eſt·quarumq; potentiſſimarum vrbium paruo vnius temporis interuallo per diuerſas mundi partes miſerabile colluxit incendium· Nam cum metellus pretor achaeos biotioſq; coniunctos duobus bellis·hoc eſt primo ãno apud thermopilas iterum in focis deuicíſſet·quorum priori bello occiſa eſſe·xxij·milia ſecundo·vij·milia ceſa claudius hiſtoricus refert valerius et antichas in achaia pugnatum·et·xx· milia achaeorum cum duce ſuo dieo cecidiſſe confirmant· polibius achaius q̃muis tunc in affrica cum ſcipione fuerit·tamen quia domeſticam cladem ignorare non potuit·ſemel ĩ achaia pugnatum critolao duce aſſerit· dieum vero ducem adducentem ex archadia militem ab eodem metello pretore oppreſſum cũ exercitu docet·Sed de varietate diſcordantium hiſtoricorum aliquanta iam diximus· quorum ſufficiat detecta hec et male nota mendaciorum fabula quia non credẽdum eſſe ſibi in ceteris euidenter oſtendunt·qui in his quoq; que ipſi videre diuerſi ſunt· Igitur poſt extincta totius achaie preſidia·deſtitutarum euerſionem vrbium· metello pretore mediante conſul numius repentinus cum paucis venit in caſtra· Qui dimiſſo ſatim metello·chorinthum ſine mora expugnauit·vrbem toto tũc orbe longe omnium opulentiſſimam· quippe que velut officina omniũ artificum et artificiorum et emptorum commune aſie et europe per multa retro ſecula fuit·permiſſa crudeliter etiam captiuis predandi licentia·ſic omnia cedibus ignibuſq; completa ſunt·ut de murorũ ambitu quaſi e camino in vnum apicem coartatum exundaret incendium· Ca·iij·

ITaq; plurima parte populi ferro flammiſq; conſumpta·reliqua ſub corona vendita eſt· vrbe incenſa· muri funditus rupti ſunt·muralis lapis in puluerem redactus·preda ingẽs erepta eſt· Sane cum propter multitudinem et varietatem ſtatuarũ ſimulacrorum· in illo ciuitatis incendio permixta in vnum auri·

argenti·et eris·oĩaq; simul metalla fluxissent· nouũ genus metalli factum· Vnde vsq; in hodiernum diem siue ex ipso siue ex imitatione eius es chorinthum sicut memorie traditum est· et chorinthia vasa dicuntur· Ca·iiij·

EIsdem consulibus· veriatus in hispania genere lusitanus· homo pastoralis et latro·primum infestando vias·deinde vastando prouincias· postremo exercitus p̃torum et consulum romanorum vincẽdo·fugando·subigendo·maximo terrori romanis fuit omnibus·Siquidem hiberum et tagum maxima et diuersorum locorum flumina late transgredienti et peruaganti·gaius vecilius p̃tor occurrit· Qui continuo celo vsq; ad internitionem pene omni exercitu suo·vix ipe pretor cũ paucis fuga lapsus euasit· Deinde gaium salucium pretorem idem veriatus multis preliis fractum fugauit· Ca·v·

POst etiam claudius vnimannus cum magno instructu belli contra veriatũ missus·quasi pro abolenda superiori macula turpiorem ipe auxit infamiam· Nam congressus cum veriato·vniuersas quas secũ adduxerat copias maximasq; vires romani amisit exercitus· Veriatus trabeas fasces· ceteraq; insignia romana in montibus suis tropea prefixit· Ca·vi·

HOdem tempore·&c· lusitani cum mille romanis in quodam saltu cõtraxere pugnam·In qua·xx·lusitanos·romanos·&c·xx·cecidisse claudius refert·Et cum victores lusitani sparsi ac securi abirent·vnus ex his longe a ceteris segregatus· cũ a circumfusis equitibus pedestris ipe deprehensus·vnius eorum equo lancea perfosso·ipsius equitis ad vnum glauij ictum caput desecuisset·ita omnes metu perculit·ut prospectantibus cunctis· ipse contemptim et ociosus abscederet· Ca·vij·

APpio claudio quinto celio metello consulibus·appius claudius aduersus salassos gallos congressus et victus·q̃nq; milia militum perdidit· Reparata pugna·v·milia hostium occidit· sed cum iuxta legem qua constitutum erat·ut quisq; ·v·milia hostium peremisset triumphandi haberet potestatem·iste quoq; triumphum expetisset·propter superiora vero damna non impetrauisset·infami impudẽtia et ambiciõe vsus·priuatis sumptib; triũphauit viij·

QVcio cecilio·Metello quinto fabio maximo seruiliano consulibus· inter cetera prodigia androgenus rome visus· iussu aurispicum in mare est mersus·Sed nichil impie expiationis procuratio profecit· Nam tanta subito pestilentia exorta est·ut ministri quoqz faciendorum funerum primum non sufficerent· deinde non essent·ita ut etiam magne domus vacue viuis·plene mortuis remanerent·largissime introrsum hereditates·et nulli penitus heredes· Denicz iam non solum in vrbe viuendi· sed etiam appropinquandi ad vrbem negabatur facultas·Tam seui per totam vrbem tabescentium sub tectis et in stratis suis cadauerum putores exalabant·Expiatio illa crudelis·et viam mortibus hominum morte hominis instruens· tandem romanis inter miserias suas erubescentibus qm̃ misera et vana esset innotuit· Ante enim suffragium preueniende cladis est habita·et sic pestilentia consecuta est·Que tamẽ sine vllis sacrificiorum satisfactionibus tantummodo secundum mensuram archani iudicij expleta correptione sedata est· quam si artifices illi circumstentionum aruspices sub ipsa ut assolent declinatione morborum forte celebrassent· procul dubio sibi· dijs et ritibus suis·reducte sanitatis gloriam vendicassent· Ita misera et sacrilega & male religiosa cuitas a mendacijs quibus liberari nõ poterat ludebatur· Capitulum·ix·

IGitur fabius consul contra lusitanos et·Veriatum dimicãs bocciam oppidum quod Veriatus obsidebat·depulsis hostib liberauit·et in deditionem cum plurimis alijs castellis recepit·

Fecit facinus etiam vltimis barbaris scithie non dicam romane fidei et moderationi execrabile·Quingentis enim principibus eorũ quos societate inuitatos deditionis iure susceperat·manus prescidit

Pompeius sequentis anni consul fines numantiorum ingressus accepta maxima clade discessit·non solum exercitu pene omni profligato·verum etiam plurimis nobilium qui ei milicie aderant interemptis· Veriatus cum post quatuordecim annos romanos duces et exercitus protriuisset insidijs suorum interfectus est·in hoc solo romanis circa eũ fortiter agentibus qp percussores eius indignos

premio iudicarunt· At ego non modo nunc·verum etiam sepe intertexere oriẽtis illa inextricabilia bella potcram·que raro vnqm̃ nisi sceleribus aut incapiunt aut terminãtur· sed romanorum cum quibus nobis actio est tanta sunt·ut iure fastidiantur aliena·

Mitridatis tunc siquidem rex parthorum sextus ab· Arsace· victo demetrij prefecto·babilonem vrbem·finesq eius vniuersos victor inuasit· omnes preterea gentes que inter idaspen fluuium et indũ iacent subegit·Ad indiam quoqz cruentum extendit imperium· demetrium ipsum secundo sibi bello occurrentem vicit et cepit· Quo capto diothotus quidam cum alexandro filio regnum eius et regni nomen vsurpauit· Qui postea ipsum allexandrum filium suum· quẽ participẽ periculi i peruadendo regno habuerat·ne in obtinendo consortem haberet occidit· Capitulum·x·

AMilio lepido gaio hostilio mancino consulibus· prodigia apparuere diuersa·et quantum in ipsis fuit· ex more curata sunt·Sed non semper aucupatoribus euentuùm et structoribus fallaciarum aruspicibus oportuni casus suffraganr̃· Nam mãcinus consul postqm̃ a pompeio apud numantiam suscepit exercitum· adeo infeliciter prelia cuncta gessit· atqz in id suprema desperatione perductus est· ut turpissimum fedus cum numantinis facere cogeretur· quamuis et pompeus iam aliud eque infame fedus et semperqz romano nomini exprobrandum cum hisdem numantinis paulo ante pepigisset· Senatus dissolui fedus·et mancinum dedi numantinis precepit· Qui nudato corpore· manibus quoqz post tergum reuinctis·ante portas numãtinorum expositus· ibiqz vsqz in noctem manens·a suis desertus·ab hostibus non susceptus· lacrimabile vtriusqz spectaculum prebuit· Exclamare hoc loco dolor exigit· Cur falso vobis romani magna illa nomina iusticie· fidei· fortitudinis·et misericordie vendicatis·a numantinis hec verius discite·Fortitudine opus fuit·pugnando vicerunt· Fides exigebatur credentes alijs secundum se· quos occidere potuerunt· pacto fedcre dimiserunt·Iusticia probanda erat·probauit eam vel tacitus senatus·cum idem numantini per legatos suos·aut inuiolatam solam

pacem·aut omnes quos pignore pacis acceptos viuos dimiserant
reposcebant·Misericordia examinanda videbatur·satis documenti
indicium dederunt· vel emittendo ad vitam inimicum exercitum·
vel ad penam non recipiendo mancinum· Mancinus ne rogo de-
dendus fuit·qui victi exercitus impudentem trucidationem preten-
to vmbone pacti federis dispulit· qui periclitantis patrie vires in
meliora tempora reseruauit· Aut si displicuit fedus quod pactū
est·cur miles hoc pignore redemptus aut cum reuerteretur receptus
est·aut cum repeteretur redditus non est· Aut si placuit seruati
militis qualiscunq; prouisio·cur mancinus qui hoc pepigit fedus·
solus deditus fuit· Quamqm̃ inter illius temporis homīes atq;
istius hoc interest· qp illi equo animo hec intoleranda tolerabant·
quia in bis nati vel nutriti erant·et meliora nō nouerant·isti autē
perpetuo ī vita sua tranquillitatū et deliciay asuefacti· ad om̃e vel
modicū obducte solicitudīs nubilū cōmouent· Hec sūt int cōcues
consanguītatis societatisq; cōmercia·tāti apd illos diuīa et hūana
religio pendebat· Erubescant sane de recordatione preteritoy q nūc
interuentu solius fidei cristiane ac medio tantum iurationis sacra-
mento viuere secum hostibus·nec pati hostilia sciunt· quibd indu-
bitantissime probatur· quia non sicut illi antea cassa iungebant
federa parca·sed quia nunc inter barbaros ac romanos creatorem
et dominum suum contestantes· tantam fidem adhibita in sacra-
mento seruant euangelia·quantam tunc nec inter parētes ac filios
potuit seruare natura· Nuper varro ut preproprere pugna inire
tur·collegam paulum obluctantem impulit·repudiantem precipi
tauit exercitum· infelices copias apud infames illas romanis cla-
dibus cannas non disposuit certamini·sed opposuit morti·plusqm̃
quadringenta ibi milia militum romanorum sola impatientia
sua·de qua sibi victoriam iam dudum hannibal presumebat ami-
sit·Collega etiam paulo quo tandem viro perdito·nouissime in ur
bem pene solus impudentissime redire ausus est·meruitq; impudē-
tie sue premium· Nam gratie ei qp de republica nō desperasset quā
tamen ipe fecerat desperatam publice ī senatu acte sunt·Porro aūt
mancinus q̄ sorte bellica circūuentū exercitū ne perderet laborauit·

ab eodem senatu dedicõe damnatus est Sic romanis et illud in var rone displicuit·sed ipi cõcessũ est·et hoc in mancino placuit·seu ẽm temp⁹ presumptũ est. Et ideo ab initio pfidi fuistis·ut nec ciuis cõ=sulat conuenienter ingratis·nec hostis fidelit credat infidis.) xi.

Interea brutus in interiore hispania.lx·milia gallicoꝝ grecoꝝ qui lusitanis in auxiliũ venerant·asperrimo bello & difficili q̃muis in cautos circũuenisset oppressit,Quorũ in eo prelio·l·occisa·vi·milia capta referunt·pauci fuga euaserũt,) Ca·xij·

Nciteriore hispania lepidus pconsul vaccheos innoxiam gentem et supplicẽ·etiã senatu phibẽte ptinacit expugnare temtauit·sed mox accepta clade grauissima·improbe pertinacie penas luit·vi·milia· quippe romanoꝝ in hoc iniusto bello iustissime cesa sũt·reliqui exu=ti castris·armis etiã pditis euaserũt·nec min⁹ turpis hec sub metel=lo clavis q̃m sub mancino fuit. Ita nunc sibi hec tempora loco fe=licitatis ascribant·ut non dixerĩ·hispani tot pulsati fatigatiq; bellis sed ut ipi saltim romani tam continuis redacti cladib⁹ tocienscq; su=parati·ut non exprobrem quot p̃tores eorũ·quot legati·quot consu les·quot legiones·quantiq; exercitus consumpti sunt. Ca·xiij·

Illud solũ reuoluo·quanta fuerit timoris amentia·miles roman⁹ hebetatus·ut iam ne ad expimentum quidem belli cohibere pedem et obfirmare animũ posset sed conspecto mox hispano specialiter ho=ste defugiens·vinci se pene pus crederet q̃m vinci. Quo argumẽ=to patet apud vtroscq;·misera illa tempora iudicata·cũ et hispani et si vincere poterant·inuiti tñ delererent dulcia ocia sua·et bella exter=na tolerarent·& romani quãto impudentius aliene quieti se inge=rerent·tanto turpius vincerent. Ca·xiiij·

Seruio fulvio flacco·quinto calpurnio pissone consulib⁹·ro=me puer ex ancilla nat⁹ est quadrupes·quatri manus·ocul' quatuor·auribus totidem·natura viri duplex. Ca·xv·

Sicilia mons ethna vastos ignes eructuauit·ac fudit·qui torren=tum modo per prona precipites·proxima quecq; corripientibus ex=ussere flammis·longinquiora fauillis calidis cum vapore grauj late volantibus torruerunt,Quod sicilie semper vernaculum gen⁹ monstri non portendere malum assolet sed inferre. In bononien=si agro fruges in arboribus enate sunt,) Ca·xvi·

Gitur in ſicilia bellum ſeruile ortum eſt. Quod adeo graue et atrox multitudine ſeruorum tunc in arma conſpirantium · inſtructu copiarum · magnitudine virium fuit · ut non dicam pretores romanos quos penitus profligauit · ſed conſules quoq; terruerit · nã lxx · milia ſeruorum tunc in arma conſpirantium fuiſſe referuntur · excepta vrbe meſſena · que ſeruos liberaliter habitos · in pace continuit Ceterum ſicilia in hoc quoq; miſerior · quia inſula · et nunq̃m ergaſtatum ſuum iuris idonei · nunc tirannis ſubiecta · nunc ſeruis · vel illis dominatu improbe exigentibus ſeruitutem · vel iſtis preſumptione peruerſa commutantibus libertatem · maxie quia clauſa vndiq; mari · egerere foras non facile poteſt inteſtinum malum · vipperinam quippe conceptionem perditionis ſue aluit ſua libidine auctam · ſua morte victuram In hoc autem ſeruilis tumultus excitacio quanto rarior ceteris · tanto truculencior eſt. Qua intencione commouetur libera multitudo ut patriam augeat · ſeruilis ut per-

Capitulũ xvij ·

dat,

Vno ab vrbe condita · d c · xx · cum maior pene infamia de federe apud numantiam pacto · q̃m apud caudinas quondam furculas pudorem romane frontis oneraret · ſcipio affricanus conſenſu omnium conſul creatus · et ad oppugnandum numantiam cum exercitu miſſus eſt. Numantia autem citerioris hiſpanie haut procul ab acceis et cantauris in capite gallecie ſita · vltima celtiberorũ fuit. Hec per annos xiiij · cum ſolis quatuor milibus ſuorum cccc · milia romanorum non ſolum ſuſtinuit · ſed etiam vicit pudendiſq; federibus affecit. Igitur ſcipio affricanus hiſpaniam ingreſſus · non ſe ilico ingeſſit hoſtibus · ut quaſi incautos circumueniret · ſciens nunq̃m hoc genus hominum adeo in ocium corpore et animo reſolui · ut non ipſa qualitate habitudinis ſue · apparatus aliorum precelleret · ſed aliquãdiu militem ſuum in caſtris velut in ſcolis exercuit Et cum partem eſtatis totamq; hyemem ne attemtata quidem pugna tranſegiſſet · ſic quoq; parum propemodum hac profecit induſtria · namq; vbi copia pugnandi facta eſt · exercitus romanus oppreſſus impetu numantinorum · terga conuertit · ſed increpacõne et nimis obiectantis ſeſe conſulis · manuq; retinentis · tandem indignatus in hoſtem rediit · et quem fugiebat fugere compulit,

Difficilis tunc in relatu fides, Numantinos effugere · & fugientes vidēre romani · vnde q̃muis scipio quia preter spem acciderat letatus et gloriatus esset · tamen vltra bellum aduersum eos audendum non esse professus est. Itaq; scipio insistendum inopinatis prouentibus censuit · vrbem ipsam obsidione conclusit · fossa etiam circumdedit · cuius latitudo pedibus decem · altitudo viginti fuit, Ipsum deinde vallum ſudibus prestructum · crebris turribus communiuit · ut siqua ab erumpente hoste in eum temtaretur irrupcō · iam non quasi obsessor cum obsesso · sed versa vice obsessus cum obsessore pugnaret. Ca · xviij ·

Numantia autem in tumulo sita · haut procul a flumine durio · tria milia passuum ambitu muri amplexabatur · q̃muis aliqui asserant eam et paruo situ · et sine muro fuisse. Vnde credibile est · quia hoc spacij cura alendorum custodiēdorumq; pecorum · vel etiam exercendi ruris commodo cum bello premerentur incluserint · ipsi arcem paruam natura munitam obtinentes alioquin tantam paucitatem hominum tam amplum vrbis spacium non munire magis q̃m prodere videbatur. Igitur conclusi diu numantini et fame trucidati · dedicionem sui obtulerunt · si tolerabilia iuberentur. Sepe etiam orantes iuste pugne facultatem ut tanq̃m viris mori liceret · vltime omnes duabus subito portis eruperunt · larga prius pocione vsi · non vini · cuius ferax is locus non est · sed succo tritici per artem confecta · quem sucum a calefaciendo celiam vocant, Suscitatur enim igne illa vis germinis madefacte frugis · ac deinde siccatur · et post in farinam redacta · molli succo admiscetur · quo fermentato · sapor austeritatis · et calor ebrietatis adijcit.

Capitulum xix,

Hac igitur pocōne post longam famem recalescentes · bello se optulerunt, Atrox diu certamē · et vsq; ad periculum romanorum fuit · iterumq; romani pugnare aduersum numantinos fugiendo probauissent · nisi sub scipione pugnassent, Numantini interfectis suorum fortissimis bello cedunt · compositis tamē ordinibus nec sicut fugientes in vrbem reuertuntur · corpora interfectorum ad sepulturam oblata accipere noluerunt · nouissima spe desperationis in mortem omnes destinati · clausam vrbem ipsi

introrsum succenderunt · cunctiq; pariter ferro · veneno · et igne consumpti sunt. Romani nichil ex his penitus habuere victis · preter securitatem suam · neq; enim euersa numãtia · vicisse magis numantinos q̃m euasisse vuxerunt · vnum numantinum victoris cathena non tenuit · vnde triumphum dederit roma nõ vidit · aurum vel argentum q̃ igni superesse potuisset · apud pauperes non fuit · arma et vestes absumpsit Igitur ea tempestate cum hec apud numantiã gesta sunt · apud romam graccorum seviciones agitabantur, Scipio autem cum deleta numantia · ceteras hispanie gentes pace componeret · thiresum quendam celticum principem consuluit · qua ope numantia aut prius inuicta durasset · aut post fuisset euersa. Thiresus respondit. Concordia inuicta · discordia exicio fuit. Quod romani tanq̃m sibi ac de se dictum exempli loco acceperunt · quippe quibus iam de sevicionibus discordantis tocius orbis nunciabatur. Ca · xx ·

Artagine numantiaq; deleta · oritur apud romanos vtilis de pquisiõe collatio · et orit infamis de ambitione contencio.

Graccus tribunus plebis iratus nobilitati · cur inter auctores numantini federis notatus esset · agrum a priuatis eatenus possessum · populo diuidi statuit. Octauio tribuno plebi obsistenti ademit imperium · et successorem minucium dedit, His causis · senatum ira · populum superbia inuasit, Ac tunc forte attalus eumenis filius moriens · testamento populum romanum imperio asie succedere heredem iusserat · Graccus gratiam populi precio appetens · legem tulit · ut ipsa pecunia que fuisset attali · populo distribueretur, Obsistente nassica · etiam pompeius spopondit se graccum cum primum nigrantum adisset accusaturum. Graccꝰ cum eniteretur ut tempore tribunus plebis subsequẽti anno permaneret · et comiciorum die seviciones populi accenderet · auctore nassica inflammata nobilitas · fragmentis subselliorum plebem fugauit Graccus per gradus qui sunt super calpurnium fornicem detracto amiculo fugiens · ictus fragmento subsellij corruit rursusq; assurgens · alio ictu claue cerebro impacte exanimatus est · cc · preterea in ea sevicione interfecti · eorumq; corpora in tiberi proiecta sũt, Ipsius quoq; graccꝰ inhumatum cadauer extabuit

Capitulum xxi.

ORta preterea in ſicilia belli ſeruilis contagio · multas late infecit prouincias Nam et minturnis · cccc · l · ſerui in crucem acti · et iniuſſe ad vij · tria milia ſeruoꝝ a quinto metello & gneo ſeruilio ſcipioe oppreſſa ſunt. In metallis quoq; athenienſium idē tumultus ſeruilis ab eraclito pretore diſcuſſus eſt, Apō delon etiā ſerui nouo motu intumeſcentes · oppidanis preueniētibus preſſi ſunt · abſq; illo primo ſicilienſis mali fomite · aquo iſte velut ſcintille micantes · diuerſa hec incendia ſeminarunt, In ſicilia enī poſt fuluium conſulem piſo cōſul mammertium oppidum expugnauit · vbi viij · milia fugitiuorum interfecit · quos autem capere potuit patibulo ſuffixit. Cui cum rutilius conſul ſucceſſiſſet, idem quoq; tauromenium et bennā firmiſſime fugitiuorum refugia bello recepit, Amplius q̄m xx · milia tunc ſeruorum trucidata referuntur · miſera profecto talis belli et inextricabilis cauſa, Percundumq; vtiq; dominis erat · niſi inſoleſcentibus ſeruis ferro obuiam iretur. Sz tamen in ipſis quoq; infeliciſſimis damnis pugne · et infelicionibus lucris victorie · quanti periere victi · tantū perdidere victores.

Ca · xxij ·

ANno ab vrbe condita · dc · xxij · publius licinius craſſus · cōſul et pontifex maximus · aduerſus ariſtonicum attali fratrem · qui traditam per teſtamentum romanis aſiam peruaſerat · cum inſtructiſſimo miſſus exercitu · preterea magnis regibus hoc eſt nicomedie · Bithinie · Mitridate · ponti · et armenie · ariarate Cappadocie · philemene · paflagonie · eorūq; maximis copijs adiutus · conſerto tamen bello victus eſt · et cum exercitu poſt plurimam cedem in fugam acto · ipe iam circumuentus ab hoſtibus et pene captus eſſet · virgam qua erat vſus ad equum · in oculū tracis impegit. Barbarus autem cum ira et dolore exarſiſſet · latꝰ craſſi gladio tranſuerberauit, At ille excogitato genere mortis effugit et dedecus et ſeruitutem, Perpenna conſul qui craſſo ſucceſſerat · audita morte craſſi · et clade exercitus romani · raptim in aſiam peruolauit · ariſtonicum recenti victoria feriatum · improuiſo bello aggreſſus · nudatumq; omnibus copijs in fugam vertit Cunq; ſtratonicem vrbem ad quam ille confugerat · obſidione

tinxisset · trucidatum fame ad deditionem coegit. Perpēna consul apud perganium correptus morbo · diem obijt. Aristonicus rome iussu senatus in carcere strangulatus est Eodem anno ptolomeus alexandrinorum rex misera vita miseriorem vite exitum dedit. Is enim sororem suam stupro cognitam · ac deinde in matrimonium receptam · nouissime turpius qm̃ duxit abiecit. Priuignam vero suam hoc est filiam sororis et coniugis · coniugem asciuit · filium suum quem ex sorore susceperat · necnon et filium fratris occidit. Quãobrem tantis incestubus parricidijsq; execrabilis · ab alexandrinis regno pulsus est, Hisdem temporibus antiochus non contentus babilonia · et egbathana · totaq; media imperio · aduersus parachatem parthorum regem congressus et victus est, Qui cum in exercitu suo · c · milia armatorum habere videretur · cc · milia amplius colonum et lixarum immixta cohortibus et histrionibus trahebat. Itaq; facile cum vniuerso exercitu suo parthorum viribus oppressus interijt. Ca · xxiij ·

Sempronio tuditano et marco alicio consulibus · publium scipionem affricanum pridie pro conciõe de periculo salutis sue contestãtem · qõ sibi pro patria laborãti ab improbis et ingratis denunciari cognouisset · alio die mane exanimem in cubiculo suo repertum · nõ temere inter maxima romanorum mala recensuerim · presertim cum tantũ in ea vrbe affricani vigor et modestia valeret · ut facile viuo eo neq; sociale neq; ciuile bellum posse existere crederetur. Hunc quidam vxoris sue sempronie gracchorũ autem sororis dolo necatum ferunt · ne scelerata ut credo familia ad perniciem patrie sue nata · inter impias seditiones viroꝝ · nõ etiam facinoribus mulierum esset immanior, Ca · xxiiij ·

Marco emilio lucio oreste consulibus ethna vasto tremore cõcussa · exundauit igneis globis. Rursusq; alio die lippara insula et vicinium circa eam mare in tantum efferbuit · ut adustas quoq; rupes dissolueret · tabulataq; nauium liquefactis ceris extorruerit · exanimatos pisces supernatantes quoq; excoxerit · homines quoq; nisi qui longius potuere diffugere reciprocato anhelitu calidi aeris adustis introrsum vitalibus suffocaret · xxv ·

Marco plauceo hispeo · murco fuluio flacco consulibus · vix

dum affricam a bellorum exciḋijs quieſcentez · horribilis & inuſitata pernitio conſecuta eſt, Namq; cum p totam affricam immẽſe locuſtarum multitudines conualuiſſent · et non modo iam cũctam ſpem frugum abraſiſſent · herbaſq; omnes cum parte radicum · folia arborum cum teneritudine ramorum conſumpſiſſent · verum etiam amaras cortices · et arida ligna preroderent · repentino abrepte vento · et in globos coacte · portateq; diu per aerem affricano pelago immerſe ſunt. Harum cum immenſos aceruos longe vndis orgentibus fluctus per extenta littora late propuliſſent · tetrum nimis et vltra oppinionem peſtiferum odorem tabida et putrefacta congeries exalauit. Vnde omnium pariter animantium tanta peſtilentia conſecuta eſt · ut auium pecorum · ac beſtiarum corruptiõe aeris diſſolutarum putrefacta paſſim cadauera vicium corruptionis augerent, At vo quanta fuerat hominum lues · egoiꝑe dum refero · toto corpore perhorreſco. Siquidem in numidia in qua tũc micipſa rex erat · lxxx · milia hominũ circa coram vero maritimam que maxime cartaginenſi et uticenſi littori adiacet · pluſqm̃ · cc · milia periſſe traditum eſt. Apud ipam vero uticam ciuitatem · xxx · milia militum que ad preſidium tocius affrice ordinata fuerant · extincta et abraſa ſunt. Que clades tam repentina ac tam violenta inſtitit · ut tunc apud uticam ſub vna die per vnam portam ex illis iunioribus pluſqm̃ mille · cc · mortuos elatos fuiſſe narretur. Verum tamẽ pace et gratia omnipotentis dei dixerim · de cuius miſericordia et in cuius fiducia hec loquar · q̃muis et temporibus noſtris exoriantur aliquando et hꝰ diuerſis partibus locuſte · et plerumq; etiam ſed tolerabiliter levãt nunq̃m tamen temporibus criſtiaĩs tanta vis inextricabilis mali accidit · ut pernicies locuſtarum que nullo modo ferri viua potuiſſet · mortua plus noceret · et q̃mdiu viuẽte ea peritura erant omnia · ea perdita · pereuntibus magis omnibus optandum fuerit ne periret.

Ca · xxvi ·

Hano ab vrbe cõdita · dc · xxvij · Lucio cecilio metello et quinto tito flamminio conſulibus · cartago in affrica reſtitui iuſſa xxij · demum anno q̃m fuerat euerſa deductis ciuium romanorum familijs que eam incolerent reſtituta et repleta eſt · magno

ante prodigio precedente. Nam cum mensores ad limitandum cartaginensem agrum missi. stipites terminorum iudices fixos. et nocte a lupis reuulsos. morsicos corrososq reperissent. aliquã diu hesitatum est. vtrum romane paci expediret cartaginem reformari.

Capitulum xxvij.

EOdem anno gaius gracchus gracci illius qui iam occisus in seditione fuerat frater. tribunus plebis per tumultum creatus. magna reipublice pernicies fuit. Nam cum sepe populum romanum largitionibus promissisq nimijs in acerbissimas seditiones excitauisset. maxime legis agrarie causa pro qua etiam frẽ eius gracchus fuerat occisus. tandem a tribunatu minucio successore decessit. Minucius tribunus plebis cum maxima ex parte decessoris sui gracci statuta conuulsisset legesq abrogasset. gaius gracchus cum fuluio flacco ingenti stipatus agmine. capitolium vbi concio agitabatur ascendit. Ibi maximo tumultu excitato. q̃dam preco a graccianis interfectus. velut signum belli fuit. Flaccus duobus filijs armatis cinctus. comitante etiam gracco togato. breuemq gladium sub sinistra occultante. q̃muis et preconẽ frustra premisisset. qui seruos ad libertatem vocaret. ianum tanq̃m arcem occupauit. Contra decius brutus vir consularis a cliuo publico cum ingenti certamine irruit. vbi flaccus diu obstinatissime dimicauit. Gracchus postq̃m in templum minerue secesserat. gladio incumbere volens. interuentu lectorij retentus est. Itaq cum diu anceps bellum agitaretur. tandem sagittarij ab oppimio consule missi. confertam multitudinem disturbauerunt. Duo flacci pater filiusq cum per eadem lune in priuatam domum desiluissent. foresq obiecissent. rescisso cratico pariete cõfossi sunt. Gracchus diu pro se amicis pugnantibus ac pereuntibus. egre ad pontem sublicium peruenit. vbiq ne viuus caperetur. ceruicem seruo suo prebuit. Caput gracci excisum consuli allatum est. corpus ad corneliam matrem mesenum oppidum aduectum est. Dec autem cornelia affricani maioris filia. mesenũ ut dixi prioris filij morte secesserat. Bona gracci publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. et factione gracci. cc. l. in auentino monte cesi referunt. Oppimi? consul sicut in bello

fortis fuit · ita inquisitione crudelis. Nam amplius tria milia hominum supplicijs necauit. Ex quibus plurimi nec dicta quidem causa innocentes interfecti sunt. Ca·xxviij·

Hisdem temporibus metellus baleares insulas peruagatus nouomuit· et piraticam infestationem que ab hisdem tunc exoriebatur · plurima incolarum cede compressit. Gneus quoq; domicius proconsul allobrogas gallos iuxta oppidum vindalium g̃uissimo bello vicit · maxime cum elephantorum nouam formam equi hostium hostesq; conterriti diffugissent xx·mlia ibi allobrogũ cesa referuntur · tria milia capta sunt. Ca·xxix·

Eodem tempore ethna mons vltra solitum exarsit · et torrentibus igneis superfusis lateq; circumfluentibus cathinam vrbem finesq; eius oppressit · ita ut tecta eoium calidis cineribus p̃usta et pregrauata corruerent · cuius leuande clades causa · senatꝰ decem annorũ vectigalia catinensibus remisit. Ca·xxx·

Anno·dc·xxviij·fabius consul bituito regi aruernorum gallice ciuitatis bellum maximo instructu comparanti · adeo cũ paruo exercitu occurrit · ut bituitus paucitatem romanorum · vix ad escam canibus quos in agmine habebat sufficere posse iactaret.

Qui cum sibi ad transferendas copias vnum pontem rhodani fluminis paruum esse intelligeret · alium compactis lintribus catenisq; connexum · superstratis confixisq; tabulis instruxit. Conserta pugna et diu grauiter agitata · victi galli conuersiq; in fugam dum quisq; sibi timet·coaceruatis inconsulte agminibus et pre p̃pero transitu pontis vincula rumperunt · ac mox cum ip̃is lintribus mersi sunt. Centum lxxx·milia armatorum in exercitu bituiti fuisse traduntꝫ·ex quibus·c·l·milia vel cesa vel mersa sunt Quintius marcius consul gallorum gentem sub radice alpium sitam bello aggressus est. Qui cum se romanis copijs circumseptos videret· belloq; impares fore intelligerent · occisis coniugibus ac liberis · in flammas sese proiecerunt. Qui vo preoccupantibus romanis peragende tunc mortis sue copiam non habuerant · captiq; fuerant · alij ferro · alij suspendio · alij abnegato cibo sese consumpserunt · nullusq; omnino vel paruulus superfuit · qui seruitutis condicõez vite amore toleraret. Ca·xxxi·

Anno ab vrbe condita · dc · xxxv·publio scipione nassica et lucio calpurnio bestia consulibus·iugurtha numidarum regi bellum consensu populi romani senatus inuixit. Sed ego de iugurtha ordinis tantum loco et causa commemorationis breuiter constrinxerim · quia ut de natura eius varia et intolerabili · ita ꝛ de rebus tam dolose qm̃ strenue gestis · propter opimam scriptorũ luculentiam satisfaciẽs apud homines noticia est, Igitur iugurtha micipse numidarum regis adoptiuus · heresq; inter naturales eius filios factus · primum coheredes suos·id est hyemsalem occidit atherbalem bello victum affrica expulit, Calpurnium deinde consulem aduersum se missum pecunia corrupit·et ad turpissimas pacis conditiones adduxit. Ca·xxxij·

Preterea cũ Romam ipe peruenisset· omnibus pecunia aut corruptis aut attemtatis·seditiones dissensionesq; permiscuit Qua cum egrederetur · infami satis notauit elogio·dicens, O vrbem venalem · et mature perituram· si emptorem inuenerit, In sequenti anno aulum postumium postumij consulis fratrem·quem is xl·milia milium armatorum exercitui prefecerat · apud calamã vrbem thesauris regis conditis inhiantem · bello compressit · cuiq; victo ignominosissimum fedus exegit · vniuersam pene affricam a romanis deficientem · regno subiunxit. Postea tamen metelli cõsulis integritate et disciplina coercitus·duobus etiam prelijs victꝰ vidit presente se et vastari numidiam suam et non posse defendi · a quo ad deditionem coactus·ccc·obsides dedit·frumentum et alios commeatus persoluturum sese spopondit · tria milia amplius perfugarum reddidit, Exin cum receptus in pace · improbos non cohiberet excursus · gai marij consulis qui non minore pene qm̃ ipe preditus est astucia · romanisq; viribus fractus est · maxime postq̃m marius vrbem chapsam ab hercule fenice ut ferunt conditam tunc regijs thesauris confertissimam · dolo circumuenit et cepit.

Capitulum xxxiij·

Diffidens deinde propijs rebus et viribus iugurtha · societatem cum bocho maurorum rege fecit · cuius equitatu in immensũ auctus·marianũ exercitũ creberrimis incursionibꝰ fatigauit

Capitulum xxxiiij·

POstremo apud cirtham vrbem antiquã masinisse regiam · aduersum romanos expugnationem eius parantes · cum xl· milia milibus equitum instructis occurrit. Nunqm̃ vlla romano militi tumultuosior pugna et terribilior fuit · adeo ut discursu et fremitu circumcursantium ⁊ impetentium equitum suscitatus puluis celum subtexerit · diem ademerit · noctemq; obduxerit · tantus autẽ telorum nimbus ingruerit · ut nulla pars corporis ab ictu tuta eẽt quippe quibus et visus ad prospiciendum impedimento caliginis · et expeditio ad cauendum · compressione multitudinis deerat. Nec laborabat eques maurus ac numida · ut bene collocatũ hostem opportuno teli impetu rimaretur · sed potius in incertum pila mittebãt certi qȯ vulnera incerta non essent · ita coacti in vnum romani eq̃tes · in vnum pedites densabantur. Interacpedinem tanti periculi nox interueniens dedit Eadem postera die et belli et periculi facies erat. Erumpere in hostem q̃muis stricto miles gladio non valebat · eminus enim iaculis repellebatur, Fugere non potẽrant · vndiq; enim velocior ad persequendum eques incluserat.

Capitulum xxxv·

IAm tercia dies · et nullum vndecumq; suffragium · dira vndiq; mortis facies obijciebatur. Tandem marius consul forti desperatione spei viam fecit · vniuerso simul agmine prorupit e vallo · campoq; sese simul et prelio dedit. Et cum iterum circumfusi hostes nõ solum agminis extrema laniarent · verum etiam media excussis q̃cul telis cederent · turbatosq; romanos insuper etiam estu solis · intolerantia sitis · mortis circumstantia vsq; ad extremum desperationis defatigaret · subito notum illud romanorum aduersus affros tempestatum ymbriumq; suffragum celo missum insperate salutif fuit, Siquidem repentina pluuia sicientibus romanis ⁊ estuantibus refrigerium potumq; tribuit, Porro autem numidis hastilia telorum que manu intorquere sine ammentis solent · lubrica · ac per hoc inutilia reddidit. Scuta etiam que elephanti corio extento et durato habilia et tuta gestabant · cuius ea natura est · ut acceptũ ymbrem tanqm̃ spongio bibat · ac per hoc intractabile repentino pondere fiat · quia circumferri non potẽrant · defendere nequiuerũt Ita ex insperato conturbatis destitutisq; mauris ac numidis · hoch̃

et iugurtha fugerunt Post hoc lxxxx· milia armatorũ nouissimo bello ab hisdem regibus obiecta · hoc quoq; vsq; ad internitionem romanis vincentibus cesa referunt. Ca·xxxvi·

HAC eo bochus spem belli abiciens · pacem petiuit·et in preciũ pacis · iugurtham dolo captum catenisq; obrutum per spl= lam legatum misit ad marium, Qui in triumpho ante currum cũ duobus filijs actus · et mox in carcere strangulatus est,

Capitulum xxxvij·

HIsdem diebus obscenum prodigiũ ac triste visum est, Lucil celius eques romanus cum vxore et filia de Roma in appu= liam rediens · tempestate correptus · cum filiam consternatam vi= deret · ut cicius propioribus tectis succederent·relictis vehiculis ar= reptisq; equis· filiã virginem equo insidentem in medium agmen accepit. Quella continuo ictu fulminis exanimata est. Sed omni= bus sine scissura aliqua vestimentis ademptis· ac pectoris pedumq; viculis dissolutis·monilibusq; etiam anulisq; discussis ·ipo quoq; illeso· nisi qđ obscenum in modum nuda·et lingua paululum exer= ta iacuit. Equus quoq; quo vtebatur stratorijs frenis · et cingulis dissolutis passim ac dispersis procul exanimis iacuit.

Capitulum xxxviij·

PAruo post hoc intercessu temporis Lucius veturius eq̃es ro= manus emiliam virginem vestalem furtino stupro polluit · duas preterea virgines vestales eadem emilia ad participationem incesti sollicitatas cõtubernalibus sui corruptoris exposuit ac tradi= dit. Indicio per seruum facto·supplicium de omnibus sumptum est Hisdem preterea iugurtini belli temporibus lucius cassius consul in gallia tigurinos vsq; oceanum persecutus · rursusq; ab hisdem insidijs circumuent̃ occisus est, Lucius quoq; piso vir consularis legatus cassij consulis est interfectus. Gaius publius alter legat̃ ne residua exercitus porcio que in castra confugerat deleretur · obsi= des & dimidiam partem rerum omnium tigurinis turpissimo fede= re dedit Qui romam reuersus a celio tribuno plebis die dicta eo qp tigurinis obsides dederat · in exilium profugit, Ca·xxxix·

EPio proconsul capta vrbe gallorum cui nomen est tolose·c· milia ponderis auri·& argenti c·x·milia e templo appolinis

sustulit, Q3 cum ad massiliã populo romano vrbem cum prestiũ misisset · interfectis clam sicut quidam contestantur quibus ea custodienda et prouehenda commiserat · cuncta per scelus furatus fuisse narratur · vnde etiam magna questio post rome acta est,

Capitulum xl·

HVno ab vrbe condita · dc · xlij · gaius manlius consul et quintus cepio proconsul aduersus cimbros · et teutonas et tigurinos et ambronas gallorum et germaniarum gẽtes que tunc ut imperium Romanorum extinguerent conspirauerant · missi · prouincias sibi rhodano flumine medio diuiserunt, Vbi dum inter se grauissima inuidia & contentione discertant · cum magna ignomĩa et periculo romani nominis victi sunt. Siquidem in ea pugna marcus emilius consularis captus atq; interfectus est. Duo filij consulis cesi lxxx · milia romanorum sociorumq; ea tempestate trucidata xl · milia colonum atq; lixarum interfecta anthias scribit · ita ex omni penitus exercitu decem tantũmõ homines q̃ miser nunciũ ad augendas miserias reportarent superfuisse referuntur,

Capitulum xli·

HOstes binis castris atq; ingenti preda potiti · noua quadam atq; insolita execratione cuncta que ceperant pessumdederũt, Vestis discissa et proiecta est · aurum argentumq; in flumen abiectum · lorice virorum concise · falere equorum disperdite · equi ipi in gurgitibus immersi · homines laqueis collo inditis ex arboribꝰ suspensi sunt · ita ut nichil prede victor · nichil misericordie victus agnosceret, Maximus tunc Rome non solum luctus · verum etiã metus fuit · ne confestim cimbri alpes transgrederẽtur ytaliamq; delerent.

Capitulum xlij·

HIsdem temporibus quintus fabius maximus · filium suum adolescentem rure legatum cum duobꝰ seruis parricidij ministris interfecit. Ipõsq; continuo seruos in precium sceleris manumisit, Die dicta gneo pompeio accusante damnatus est,

Capitulum xliij·

SItur marius quarto consul cũ iuxta are rhodaniq; flumina vbi in sese confluunt castra posuisset · theutones · cimbri · et tigurini et ambrões · postq̃m otinuo triduo circa romanorum castra pugnarũt

siq̃ pacto eos excuterent vallo·et in equor refunderent tribus agmi-
nibus ptaliam petere destinauerunt. Marius post egressum ho-
stium castra mouit · et collem occupauit · qui campo et fluuio vbi
hostes sese diffuderunt imminebat. Cunq; exercitui eius aqua ad
potandum deesset·quereliſq; omnium coargueretur·aquã quidem
in conspectu omnium esse respondebit·sed eam ferro vendicandam

Primus itaq; calonibus cum clamore in pugnam ruentibus
subsecutus exercitus · mox iusto certamine compositis ordinibus
bellum gestum · et vicere Romani. Quarto die rursus producte
vtrimq; in campum acies · vsq; ad meridiem pene pari pugnaue-
re discrimine. Post vbi incalescente sole fluxa gallorum corpora in
modum niuium disturbauerunt·vsq; ad noctem cedes pocius qm̃
pugna protracta est·cc·milia armatorum in eo bello interfecta sunt
lxxx·milia capta·vix tria milia fugisse referuntur. Dux quoq; eorũ
theudolus occisus est·mulieres eorum constantiori animo qm̃ si vi-
cissent consuluere consulem· ut si inuiolata castitate virginibus sa-
cris ac diis seruiendum esset · vitam sibi reseruarent. Itaq; cum
petita non imperauissent· paruulis suis ad saxa collisis · cuncte se-
se ferro ac suspendio peremerunt, Hec de tegurinis et ambronibus
gesta sunt, Ca·xliiij·

Teutones et cimbri integris copijs alpium niues emẽsi·pta-
lie plana peruaserunt · ibiq; cum rigidum genus diu blan-
dioribus auris · poculis · cibis ac lauacris emolliretur·marius v·
consul et catulus aduersum eos missi·die ad pugnam et campo da-
to · hannibalis secuti ingenium · in nebula dispositis pugnam·ĩ
sole pugnauerunt. Prima siquidem perturbacio gallorum fuit·
qđ romanam aciem prius offendere dispositam qm̃ adesse senserũt.
Cunq; ilico vulnerati equites retro in suo cogerentur·totamq; mł-
titudinem indispositam et adhuc aduentantem conturbarent · &
sol cum vento exortus ex aduerso emicuisset · visus eorum puluis
oppleuit · et splendor hebetauit. Ita factum est ut tanta ac terribilis
minima romanorum clade · sua vltima internitione cederetur·c·xl
milia eorum tunc in bello cesa·lx · milia capta dicuntur, Mulieres
grauiorem pene exercitauere pugnam. Namq; plaustris in modũ
castrorum circumstructis · ipe desuper propugnantes diu repulere

romanos. Sed cum ab his nouo cedis genere terrerentur · ab=
scisis enim cum crine verticibus inhonesto satis vulnere turpes re=
linquebantur · ferrum qđ in hostes sumpserant · in se suosqz verte=
runt. Nam alie concursu mutuo iugulate sunt · alie apprehen=
sis inuicem faucibus strangulate · alie funibus per equorum crura
consertis · ipisqz continuo equis exstimulatis · postq̃m suos hisdez
funibus quibus equorum crura nexuerant inuidere ceruices · pro=
tracte et exanimate sunt · alie laqueo de subrectis plaustrorum te=
monibus pependerunt. Inuenta est quedam que duos filios tñs=
iectis per colla eorum laqueis ad suos pedes vinxerit · et cum seip̃z
suspendio morituram dimisisset · secum traxerit occidendos. Int̃
hec multa ac miserabilia mortis genera · reguli quoqz duo strictis
in se gladijs concurrisse referuntur. Lugius et boiorix reges in
acie ceciderunt · claudicus et cesorix reges capti sunt. Ita in his duo=
bus prelijs ccc · xl · milia gallorum occisa · et · c · xl · milia capta sunt ·
absqz innumera mulierum multitudine · que se suosqz paruulos fe=
mineo furore vi autem virili necauerunt.

Capitulum xlv·

Situr talem marij triumphum romanamqz victoriam incredibile
facinus · et nunq̃m antea romanis cognitum · rome subito perpe=
tratum · versa in horrorem ac merorem vrbem fuscauit, Publius
siquidem maleolus seruis annitentibus matrem suam interfecit.
Damnatus parricidij · insutusqz in culleum et in mare proiectus
est · impleueruntqz romani facinus et penam Vnde et hoc solon
atheniensis decernere non ausus fuerat, Dum fieri posse non credit
et romani qui se ortos a romulo scirent · etiam hoc fieri posse intel=
ligentes · suppliciũ singl'are sanxerũt. Ca · xlvi ·

Anno ab vrbe condita · dc · xlv · post cimbricum et teutonicum
bellum · et quintum marij consulatum · quo status Roma=
ni imperij iure conseruatus indicatur · sexto consulatu eiusdem gai
marij ita labefactus est · ut pene vsqz ad extremum intestina dade
conciderit. Euoluere ac percurrere michi discordiarum ambages et
inextricabiles seditionum causas incommodum simul ac longum
videtur, Sane breuiter strinxisse sufficiat · quia primus lucius
apuleius saf̃ninus excitati tumult9 auctor extiterit · quinto metello

numidico viro sane primario acerrimus inimicus · qui eum censorem creatum · protractum domo · et in capitolium confugientem · armata multitudĩe obsedit, Vnde equitum romanorum indignatione deiectus est · plurima ante capitolium cede facta. Annoniũ deinde competitorem suum saturninus et claucia fraude gai marij consulis occiderunt, Subsequente anno marius sexto consul · et clautia pretor et saturninus tribunus plebis · conspirauerunt metellum numidicum ĩ exilium quacumq; vi agere. Die dicta a suppositis eiusdem factionis iudicib⁹ per scelus innocens metellus damnatus in exilium · cum tocius vrbis dolore discessit, Item saturninus nemium virum acrem et integrum · fieri consulem timẽs orta subito seditiõne fugientem per publium metium satellitem informi stipite comminutum interfecit, Fremente pro tantis reipublice malis senatu populoq; romano · marius consul acommodato ad tempus ingenio · consensui bonorum sese immiscuit · omotãq; plebem leui oratione sedauit, Saturninus infamibus ausib⁹ concionem domi sue habuit · ibiq; ab alijs rex · ab alijs imperator est appellatus, Marius manipulatim plebi descripta · alterum cõsulem cum prelijs in colle dispositit · ipe portas comminuit · in foro prelium commissum est. Saturninus a marianis foro pulsus in capitolium confugit. Marius fistulas quibus eo aqua deducebatur incidit · bellum deinde in adito capitolij horridum satis factũ est · multi circa saufeium et saturninum cesi sunt. Saturninus palam clamitans marium auctorem esse omnium molitionum suaq; contestatus est Cum autem ipe saturninus et saufeius & labienus cogente mario in curiam confugissent · per equites romanos effractis foribus occisi sunt. Gaius glaucia extractus de domo clauij occisus est. Furius tribunus plebis · bona omnium publicanda decreuit. Gneus dolobella saturnini frarer · per forum holitorium fugiens · cum lucio gigaunio interfectus est. Itaq; autoribus seditionis occisis · quies populo fuit. Tunc cato et pompeius rogationem de reditu metelli numidici tocius vrbis gaudio promulgarunt. Quod ne perficeretur · marij consulis & furij tribuni plebis factionibus intercessum est, Rutilius quoq; vir integerrimus adeo fidei et innocentie constantia vsus est · ut die sibi

ab accusatoribus dicta vsqz ad cognitionem negz capillum barbam ve prompserit · negz sordida veste humili ve habitu suffragatores conciliarit · inimicos permulserit · iudices temperarit · orationem quogz a pretore concessam · nichil summissiorem qm̃ animum habuerit, Cum euidenti oppugnaretur calumnia · et oppositione bonorum omnium iure absoluendus putaretur · periurio iudicum condemnatus est, Qui zmirnam cõmigrans·literarum studijs intentus vel contentus consenuit,

Capitulum xlvij·

ANno ab vrbe condita·dc·lix·sexto iulio cesare · et lucio marcio cõsulibus·intestinis causis sociale bellum totam cõmouit ptaliam Siquidem lucius drusus tribunus plebis · latinos oẽs spe libertatis illectos · cum placitum explere non posset · in arma excitauit, Eo accessit · ut mestam vrbem prodigia dira deterrerent, Nam sub ortu solis globus ignis e regione septentrionis cum maximo celi fragore emicuit, Apud arretinos cum panes per conuiuia frangerentur · cruor e medijs panibus quasi e vulneribus corporum fluxit, Preterea per septem dies continuos grando lapidum immixtis etiam testarum fragmentis terram latissime verberauit, In sammitibus vastissimo hyatu terre flamma prorupit·62 vsqz ad̃ celum extendi visa est Complures preterea in itinere romani videre globum coloris aurei · celo ad terram deuolui · maioremqz factum rursus a terra in sublime ad orientem solem ferri · ac magnitudine sua ip̃m solem obtexisse. Drusus tantis malis anxius · domi sue incerto quidem auctore interfectus est, Igitur picentes · vestini · marsi · peligni · marucini · samnites · lucani · cum adhuc occultam defectionem meditarentur · gaium seruium pretorem legatum ad semetip̃os missum apud asculum occiderunt statimqz clausa ciuitate · omnes ciues romanos in dicta cede iugularunt,

Capitulum xlviij·

QOntinuo atrocissimam perniciem infamosissima precessere prodigia, Namqz omnium generum animalia que manus hominum blande perpeti · et inter homines viuere solita erant·relictis stabulis pascuisqz cum balatu · hinnitu · mugituqz miserabili ad siluas montesqz confugerunt, Canes quoqz quorum natura est

extra homines esse non posse · lacrimosis vlulatibus vagi lupoꝝ ritu oberrabant, Igitur gneus pompeius pretor cum picentibus iussu senatus bellum gessit · et victus, Postq̃m sibi samnites papium mutilium imperatorem profecerant · marsi autem agamenonem archipiratam preoptauerant · iulius cesar samnitum pugna victus · ceso fugit exercitu, Rutilius consul marium propinquum suum · legatum sibi legit, Quem assidue submonentem · moram bello vtilem fore · et paulisper in castris exercere militē oportere tironem · dolo id eum agere ratus contempsit · seseq; in insidias marsorum et vniuersum agmen exercitus sui incautꝰ iniecit, Vbi et ipse consul occisus est · et multi nobiles interfecti sunt · et viij · milia romanorum militum cesa sunt · arma et corpora interfectoꝝ inspectu marij legati tolenus fluuius pertulit · ꝫ in testimonium cladis euexit Marius raptis continuo copijs insperatos victores oppressit · octo milia et ipse marsorum interfecit, Cepio a vestinis et marsis deductus in insidias cum exercitu trucidatus est,

Capitulum xlix·

OVcius vero iulius cesar postq̃m apud esserinam victus aufugerat · contractis vndiq; copijs aduersum samnitas et lucanos dimicans · multa hostium milia interfecit, Cunq; ab exercitu imperator appellatus esset · romamq; nuntios de victoria misisset senatus sagam · hoc est vestem meroris · quã exorto sociali bello sũserat · hac spe arridente deposuit · et antiquum toge decorem recuperauit, Marius deinde vi · milia marsorum cecidit · vij · armis exuit, Sylla cum viginti et quatuor cohortibus esserinam missus · vbi artissima obsidione romani ciues et milites premebant · maximo bello et plurima cede hostium vrbem socioſq; seruauit,

Gneus pompeius picentes graui prelio fudit, Qua victoria senatus lati clauia · et cetera dignitatis insignia recepit · cum togas tantummodo victoria cesaris primum respirante sumpsisset Portius cato pretor et ruscus plotius legatus · vmbros plurimo sangne impenso et difficilimo labore vicerunt,

Capitulum · l ·

GNeo pompeio ꝫ lucio portio catone consulibus · pompeius

diu obſedit aſculum ciuitatem. Quã non expugnauiſſet · niſi po=
pulum in campum prorumpentem grauiſſima oppreſſione viciſſet
x·et viij·milia marſorum in ea pugna cum frauco imperatore ſuo
ceſa ſunt · capta tria milia quatuor milia italici viri ex ea cede pro=
fugi · iugo montis coacto in vnum agmine forte conſcenderant ·
vbi oppreſſi exanĩatiq; niuibus·miſerabili morte riguerunt. Nãq;
ita ut attoniti timore hoſtium ſteterant · alij ſtirpibus vel ſaxis re=
dines · alij armis ſuis intentes · patentibus cunctis oculis dentiq;
nudatis viuentium in modum viſebantur Nec vllum erat procul
intuentibus mortis indiciũ·niſi diuturna immobilitas · quã nllo
modo humane vite vegetatio diu perpeti potęſt. Eadem die pi=
centes congreſſi et victi ſunt, Quorum dux iudacilius conuocatis
principibus ſuis · poſt magnificas epulas largaq; pocula · cũctos
ad exemplum ſui prouocans · hauſto veneno abſumptus eſt · cun=
ctis factum eius laudantibus ſed nemine proſequente.

Capitulum li·

HAnno ab vrbe condita·dc·lxi·cum ad obſidendos pompeios
romanus iſſet exercitus · et poſtumius albinus vir conſula=
ris· tunc lucij ſylle legatus intolerabili ſuperbia omnium in ſe mi=
litum ǧdia ſuſcitaſſet · lapidibus occiſus eſt. Sylla conſul ciuilẽ
cruorem non niſi hoſtili ſanguine expiari poſſe teſtatus eſt. Cuius
rei conſcientia permotus exercitus · ita pugnam exorſus eſt · ut ſibi
vnuſquiſq; pereundum videret · niſi vicíſſet · x·et viij·milia ſam=
nitum illo prelio ceſa ſunt, Inuentum quoq; italicum ducem·&
magnum ipius populum perſecutus occidit, Portius cato con=
ſul marianas copias habens·cum aliquanta ſtrenue geſſiſſet · glo=
riatus eſt gaium marium non maiora feciſſe · et ob hoc cum ad la=
cum fenicum contra marſos bellum gereret·a filio gaij marij in tu=
multu belli quaſi ab incerto actore proſtratus eſt Gaius gabini?
legatus in expugnatione hoſtilium caſtrorũ interfectus eſt Mar=
rorini veſtiniq; ſulpitio legato pompeio perſequente vaſtati ſunt.

Pompedius et obſidius italici imperatores ab eodem ſulpitio
apud flumen theanum · horribili prelio oppreſſi et occiſi ſũt, Põ=
peius aſculum ingreſſus · prefectos · centuriones · cunctoſq; prin=
cipes eorum virgis cecidit·ſecuriq; percuſſit·ſeruos predamq; oñez

sub hasta vendidit · reliquos liberos quidem sed nudos et egentes abire precepit. Et cum de hac preda oppitulationem aliquā in vsu stipendij publici senatus fore sperasset · nichil tamen pompeius ex ea egenti erario contulit. Ca·lij·

Tamq; eodem tempore cum penitus exhaustum esset erariū · et ad stipendium deesset frumenti · expensa loca publica que in circuitu capitolij pontificibus auguribus decem viris et flāmínibus in possessionem tradita erant · cogente inopia vendita sunt et sufficiens pecunie modus qui ad tempus inopie subsidio esset acceptus est, Et quidem tunc in sinꝰ ipius ciuitatis euersarum omnium vrbium nudatarumq; terrarum abrase vndiq; opes congerebantur · cum ipa Roma turpi vel indigente inopia precipuas sui partes aucionabatur. Quamobrem consideret tunc tempora sua · cum quasi inexplibilis venter cuncta consumens et semp esuriens · cūctis vrbibus quas miseras faciebat ipa miserior · nichil relinquens nichil habebat · et stimulo domestice famis ad continuacionem bellice inquietudinis trudebatur. Hisdem temporibus rex sothimius cum magnis tracum auxilijs greciam ingressus · cūctos macedonie fines depopulatus est. Tandemq; a gaio sentio pre sulpatus · redire in regnum coactus est, Ca·lij·

Anno ab vrbe condita · dc·lxij · nondum finito sociali bello · rome primum bellum ciuile cōmotum est. Eodemq; anno bellum mitridaticum et si minus infame · non tamen minus graue ceptum est, Equidem de mitridatici belli spacio varie traditum est · vtrum ab hinc primum ceperit · an tunc precipue exarserit · maxime cū alij · xxx · alij · xl · annis gestum referant, Sed q̄muis hisdem gesta temporibus pplexis coaceruata malis exarserint · a me tn̄ speciati et si breuiter singla pferentur. Ca·liij·

Dari? sylla dsule et cont̄ mitridacē in aspā cū exercitu pfecto i cāpaīa tn̄ ppt̄ socialis belli reliq̄as cōsistente affectauit septimū cōsulatū · et bellū suscipe mitridaticū Quo sylla cognito · ipacies reuera iuueis · intp̄atq; ira pcit̄ · cū iiij · legiōib⁹ p̄mū añ vrbē dsedit · vbi gtidiū marij legatū q̄i p̄mā victimā belli ciuilis occidit mox vrbē cū exercitu irrupit · faces ad inflāmādā vrbē popolcit · oīb⁹ metu abditis · p sacrā viā citato agmīe i fox veīt, Mari? cū pmouē

nobilitatem·inflammare plebem·equestrē denigꝫ ordinē perarmare aduersus sꝙllā frustra temtasset·postremo seruis spe libertatis & p̄: ce ad arma sollicitatis·negꝫ quicq̄m repugnare ausis·tandem in capitolium concessit, Sed cum in eum sꝙllane cohortes irruissent· magna suorum cede diffugit,)Ca·lv·

Bi tunc sulpicius marij collega seruo suo prodente ꝓstratus est. Seruū ꝺo ip̄m qꝺ hostem inuicauerat·manumitti·qꝺ ꝺo dominū ꝓmerat·saxo tarpeio deici consules decreuerunt,)Ca·lvi·

Arius fugiens cum ꝓsequentum instantia circumseptus eēt in minturnensiū paludibus sese abdidit·e quibus infeliciter oblitus luto·ignominiosꝫ ꝓtractus·turpi autē spectaculo mintur: nas deductus contrususꝫ in carcerem·percussorem ad se missum solo vultu exterruit, Dein lapsus e vinculis in affricā transfu: git·solutogꝫ exutica filio·vbi is in custodia obseruabatur·continuo romā regressus·scinne consuli societate scelerū coniunct̄ est, Igit̄ ad ꝓfligandā vniuersam rempublicam·exercitum sibi in quatuor partes diuiserunt, Tres quidē legiones mario date·pti copiarum gneus carpo ꝓpositus est·ptē serturius accepit, Ille scilicet serturius iam hic ciuilis belli incentor et particeps·qui etiā hoc finito·aliud post in hispania bellum excitauit·qꝺ per multos annos maximis romanorū cladibus traxit, Cetera ꝺo exercitus porcio emnā secuta est, Porro aūt gneus pompeius qui a senatu cum exercitu accer: situs ut reipublice opitularetur·et diu sese nouaꝫ rerū occupacōne suspenderat·contemtus a mario vel cinna·ad octauium alterum cō: sulem sese contulit·et mox cum sertorio conflixit·infelicem pugnā interuentus noctis diremit·sexcenti ex vtragꝫ parte milites trucidati sunt.)Ca·lvij·

Postera die cum permixtim corpora ad sepulturā discernerent miles pompeianus fratris sui quē ipe interfecerat corpus ag: nouit, In concursu enim vtrimꝫ cognicōem vultus galee consideratione furor ademerat·quāuis pārū sit culpe circa ignorantiā·ut videatur nescisse de fratre·quem non ambigitur scisse de ciue, Itaꝫ victor victo infelicior·vbi et fratris corpus agnouit·& parricidiū suum·execrans bella ciuilia·ilico pectus suum gladio transuerbe: rans·simulꝫ lacrimas et sanguinem fundens·super fraternum sese

cadauer adiecit, Et quid hoc profuit ad confusionem alʒ confessionem crudelis incepti· qđ in primo statim ciuilium bellorum exordio infamis fama percrebruit · concurrisse ignaros quidem fratres sed conscios cães · petisse fratrem scelere victorem spolia fratris occisi· ac mox tante immanitatis rerum eodem gladio atq; eadem manu per suam necem parricidium qđ admiserat vindicasse. Nunquid apud quempiam periculum sceleris repulit terror erroris Nũquid hec que communis est etiam cum beluis pietas · et reuerentia nature · qđ vnus perimendo ac pereundo commisit· quia in se agi posset intremuit · seseq; ab huiusmodi incepto conscientia victus remouit,

Capitulum lviij

Vin pocius annis fere xl· consequentibus in tantum continuata sunt bella ciuilia · ut magnitudo laudis appetenda ex magnitudine sceleris putaretur, Omnes enim post tale documentum in tali malicia parricidiorum pericula refugissent· nisi parricidia ipa voluissent, Igitur marius coloniam ostiensem ingressus vi omnia ibi genera libidinis · auaricie· et crudelitatis exercuit

Pompeius fulmine afflatus interijt · exercitus vero eius pestilẽtia correptus pene totus absumptus est. Nam xi· milia virorum de castris pompeij mortua vi· milia autem de parte octauij consulis sideratа alʒ debilitata sunt Marius antium et ariciam ciuitates hostiliter irrupit · cunctosq; in his preter proditores interfecit · bona suis diripienda permisit. Post cinna consul cum legionibus & marius cum fugitiuis vrbem ingressi · nobilissimos quoq; e senatu · et plurimos consulares viros interfecerunt, Sed quota hec porcio ostentate miserie est· vno verbo diffinisse cedem bonorum· cuius fuit tanta capta numerositas · tanta diuturnitas · tanta crudelitas tantaq; diuersitas. Veruntamen equius est me aliquid vtilitatis subtraxisse cause · qm̃ tantum horroris ingessisse noticie · siue peritis hec siue imperitis obijciantur, De patria siquidem · de ciuibus· et de maioribus nostris hec loquimur · qui his exagitati malis tã abhominanda gesserunt · de quibus etiam auditis posteri perhorrescant Qui profecto nolunt ista nimis exaggerari · aut sufficientis noticie moderatione si sciunt · aut in secundis reuerentie contẽplatione si nesciunt, Igit marius cum interfectorum ciuium capita

illata conuiuijs·oblata capitolijs · collata rostris ad spectaculum ornatumq; congereret · ac septimum consulatum cum cinna tercio· consule peruasisset ·in exordio consularis imperij·sera tandem mor= te prereptus est, Cinna bonorum neces · malorum cede supple= uit. Nam cum introducta per marium fugitiuorum manus insa= ciabilis predandi esset·nullamq; partem auctoribus prede consuli= bus ministraret·in foro quasi stipendij causa sollicitata · militibus= q; circumdata ·inermis extincta est,Cesa sunt illa die in foro vrbis octo milia fugitiuorum , Demq; cinna quarto consul ab exercitu suo interfectus est. Interea reliqui senatorum qui potenciam ci= ne marij crudelitatem · insaniam fimbrie · sertorijq; audaciam fu= ga euaserant · transuecti in greciam · coegere precibus syllam · ut periclitanti · ymmo pene perdite patrie opem ferret. Igitur syl= la mox ut campanum litus attigit · morbanum consulem prelio oppressit·vij·milia tunc romanorum romani interfecerunt septem milia eorundem ab ipsis capta sunt·c·xx·quatuor de syllana parte ceciderunt. Fabius vero adrianus cui imperium pro pretore erat regnum affrice seruorum manu affectans·a dominis eorum apud vticam congestis sacramentis cum omni familia viuus incensus est. Damasippus pretor incentore mario consule · quintum sce= uolam·gaium · carbonem · lucium · domicium · publium · anti= stium · in curiam quasi ad consultādum vocatos · crudelissime oc= cidit. Corpora interfectorum per carnifices vnco tracta · et in tibe= rim missa sunt. Eodem tempore sylle duces plura prelia aduer= sum marianas partes infelicissima felicitate gesserunt . Nam et quintus metellus carrinatis copias cecidit · et castra peruasit · et gneus pompeius carbonis equitatum grauiter trucidauit. Sylle etiam et marij adolescētis maximum tunc prelium apud sacri por= tum fuit, In quo de exercitu marij cesa sunt xxv·milia · sicut clau= dius scribit, Pompeius etiam carbonem castris exuit · fugientemq; insecutus · nunc cedendo · nunc ad deditionem cogendo · plurima exercitus parte priuauit, Metellus norbani agmen oppressit · vbi ix·milia mariane partis occisa sunt Lucullus cum a quintiano obsideretur erupit · et repentina pugna obsessorem deleuit exercitū Nam plusq; decem milia ibi tunc cesa referuntur. Sylla deinde

cum campanio ſamnitum duce · & carrinatis · reliquis copijs añ ipſam vrbem portamq; collinam ad horam diei nonam ſigna contulit · grauiſſimoq; tandem prelio vicit lxxx · milia hominum ibi fuſa dicuntur duodecim milia ſeſe dediderunt · reliquam multitudinem in fugam verſam · inſaciabilis victorum ciuium ira conſumſit. Sylla mox atq; vrbem victor intrauit tria milia hominũ qui ſe per legatos dederant · contra fas · contraq; fidem datam inermes ſecranoſq; interfecit · plurimum tunc quoq; ut non dicam innocentes · ſed etiam ipſius ſyllane partis occiſi ſunt. Quos fuiſſe pluſqm̃ nouem milia ferunt. Ita libere per vrbem cedes percuſſoribus paſſim vagantibus ut quemq; vel ira precipitabat · vel preda agitabantur. Igitur cunctis iam qõ ſinguli timebant aperte frementibus · quintus catulus palam ſylle dixit. Cum quibus tãdem victuri ſumus · ſi in bello armatos · in pace inermes occidim?.

Capitulum lix.

NVnc ſylla auctore lucio forſidio primi pilari primus in famem illam tabulam proſcriptionis induxit. Prima proſcriptio · lxxx · hominum fuit · in quibus quatuor conſulares erant · carbo · marius · norbanus · et ſcipio et inter eos ſertorius · tũc maxime pertimeſcendus. Item alia tabula cum · d · nominibus propoſita eſt. Quam cum iulius quippe ſecurus nichilq; ſibi conſcius legeret · vbi ſuum repente nomen offendit · dum ſe trepidus adoperto capite foro ſubtrahit · interfectus eſt. Sed ne in ipſis quidem tabulis fides ac malorum finis videbatur. Namq; alios quos proſcripſerant iugulabant · alios autem poſtq̃m iugulauerant proſcribebant. Nec ipſius mortis via erat ſimplex · aut vna conditio · ut in nece ciuium ſaltim ius hoſtium ſeruaretur · qui nichil a victis preter vitam exigunt. Marcum marium ſiquidem de capitoli caſa extractum · vinciri ſylla iuſſit · ductumq; trans tiberim · ad lutaciorum ſepulcrum · effoſſis oculis · membriſq; minuatim deſectis · als etiam fractis trucidari. Poſt hunc publius lectorius ſenator et venuleius triumuir.

Ca · lx ·

HAcſi marci marij caput ẽ preneſte miſſum. Quo viſo gaiꝰ marius vltima deſperatione correptus · vbi a lucretio obſidebatur · ne in manus inciderẽt inimicorum · cum teleſino mutua

morte concurrit, Dumq; violentius ipse in concurrentem manus adigit · circa suum vulnus manus percutientis hebetauit, Ita eo interfecto ipse leuiter vulneratus·ceruicẽ seruo suo prebuit. Carrinantem pretorẽ sylla iugulauit. Inde prenestę profectus·omnes mariane milicie principes hoc est·legatos· questores·prefectos et tribunos · iussit occidi. Pompeius carbonem a tonsura insula in egiptum fugere conantem·in siciliam ad se retractum · complureſq; cum eo socios eius occidit. Sylla dictator creatus est ·ut dominationis et crudelitatis libido honesti precipuiq; nominis reuerencia et armaretur et velaretur, Pompeius in affricam transgressus · eruptione circa uticam facta xviij·milia hominum interfecit, Quo bello domicius dux marianus·dum inter primores pugnat occisus est Idemq; pompeius hierthan numidie regem persecutus est· fugientemq; a bogube bochi maurorum regis filio · spoliari omnibus copijs fecit · quem continuo bullam reuersum · travito sibi oppido interfecit. Creatis itaq; publio seruilio · et appio claudio consulibus · visus est tandem sylla priuatus. Hoc fine conclusa sunt duo bella funestissima· sociale ytalicum · et ciuile syllanum, Hec per annos decẽ tracta ·plusqm̃·c·l·milia romanorũ cõsumserunt · tantumq; electissimorum virorum · vernaculorumq; militum Roma hoc ciuili bello perdidit · quantum in ea superiore tempore · cum se iam aduersum alexandrum magnum circumspiceret · indiscretis etatibus census inuenit, Preterea viros consulares xxiiij·pretorios vi·edilicias lx·senatores fere ducentos absq; innumeris totius ytalie populis · qui passim sine consideratione deleti sunt. Quos neget quisq; si valet · quin eodem damno suo viderit Roma · quo amisit ytalia, Pro pudor · nunquid nam et hic comparatione ambigua egent tempora, Ymmo vel maxime inq; unt. Nam quid tam aptę q̃m bellis ciuilibus bella ciuilia comparantur. An forte dicetur·etiam in his temporibus bella ciuilia nõ fuisse. Quibus a nobis respondebitur · iustius quidem socialia vocari oportere · sed nobis proficere si ciuilia nominentur. Cum enim causis ·vocabulis · ac studijs paria docentur omnia · tum sibi in his tanto plus vindicat reuerentia cristiane religionis·quãto minus presumserit potestas irata victoris, Nam cum plerumq;

improbi tiranni temere inuadentes rempublicam · vsurpatoq; re=
gio statu romani imperij corpus abruperint · atq; ex eo bella vel p
se iniusta importarint · vel in se iusta commouerint britannus gal=
lusq; creati populis et instructi · hec bella quantum externis proxi=
ma · tantum longinqua ciuilibus · quid nisi socialia iure vociten=
tur · cum ipi romani nec sertorij quidem · aut perpenne · aut crixi
aut spartaci bella ciuilia vspiam nominarint · in tali ergo vel defe=
ctu vel peruellione sociorum · minore nunc vtiq; inuidia labora=
ret · si fortassis existeret vel grauis pugna · vel cruenta victoria · ve=
runtamē cum in his temporibus omnia plus necessitatis afferant
et minus pudoris · hoc est causa · pugna · victoria · vel pro extin=
guenda insolentia tirannorum · vel pro cohibendo sociorum defectu
vel pro inurendo vltionis exemplo · cui tandem dubium est · quā=
to nunc mitius · quantoq; dementius excitata ut dicunt bella ciuilia
geruntur · pmo reprimuntur pocius q̄m geruntur, Quis enī vnū
ciuile bellum per decem annos agitatum · his temporibus audierit
Quis vno bello · c · l · milia hominum vel hostium ab hostibus · ut
non dicam ciuium a ciuibus cesa meminerit, Quis illam quā ex=
plicare longum est optimorum atq; illustrium virorum multitudi=
nem trucidari in pace cognouit, Postremo quis illas infames inē=
ficiendorum tabulas timuerit · scripserit · legerit · senserit · nescierit ·
ac non pocius omnibus notum sit · vna cunctos pace compositos
atq; eadem salute securos · victos victoresq; pariter cōmuni exul=
tasse letitia · atq; etiam in tantis totius imperij romani prouincijs
vrbibus · ac populis · vix paucos aliquando extitisse · quos iusta
vltio inuito etiam victore damnarit, Et ut verbis verba non o=
nerem · non temere dixerim · tantam vel in bello saltim extinctam
modo fuisse gregariorum militum manum · quanta tunc cesa est
in pace nobilium, Igitur sylla mortuo · lepidus mariane partis
assertor · aduersus catalum sȳllanum ducem surgens · reuiuiuos
bellorum ciuilium cineres suscitauit, Bis tunc acie certatū est · plu=
rimi romanorum iam ipa paucitate miserorum et adhuc illo furo=
re insanientium cesi sunt, Albanorum ciuitas obsidione oppugna=
ta est · atq; excruciata fame · vltima miserabilium reliquiarum de=
ditione seruata est, Ibi tunc scipio lepidi filius captus atq; occisus ē

Brucus in cisalpinam galliam fugiens ·persequente pompeio apꝺ regnum interfectus est, Ita hoc bellum ciuile non magis dementia catuli qm̃ tedio sꝙllane cruꝺelitatis ut ignis in stipula eaꝺem celeritate qua exarsit euanuit. Ca·lxi·

Anno ab vrbe condita·dc·lxxiij·sonantibus vndiqꝫ bellorum fragoribus · quorum vnum in hispania erat · aliud in pãphilia · in macedonia tercium · quartum in ꝺalmatia·exsanguis aꝺhuc atqꝫ exhausta intestĩa pernicie tanqm̃ febribus romana respublica ·propulsare armis occiꝺentis septentrionisqꝫ fortissimas gẽtes cogebatur. Sertorius siquiꝺem vir ꝺolo atqꝫ auꝺatia potẽs cum partium marianarum fuisset · sꝙllam fugiens ex affrica · dilapsus in hispanias · bellicosissimas gentes in arma excitauit. Aꝺuersus hunc ut breuiter ꝺiffiniam ꝺuo ꝺuces missi sunt · metellus et ꝺomitius, Quorum ꝺomicius ab herculeio sertorij ꝺuce cum exercitu oppressus est. Manlius proconsul gallie in hispaniam cum tribus legionibus et vnum mille·ꝺ·equitibus transgressus·iniquã cum herculeio pugnam conseruit A quo castrisqꝫ copijsqꝫ nuꝺatus in oppiꝺum hilerꝺam pene solus refugit. Metellus multis preliijs fatigatus·per ꝺeuia oberrãs hostem mora fatigabat · ꝺonec põpei castris consociaretur, Pompeius contracto apuꝺ palatinam exercitũ · lauronem quã tunc sertorius oppugnabat frustra conatꝰ ꝺefenꝺere · victus aufugit. Sertorius superato fugatoqꝫ pompeio · lauronem captam cruentissime ꝺepopulatus est · Reliquum agmen lauronensium quoꝺ cediꝺus superfuerat · miserabili in lusitaniam captiuitate transꝺuxit . Pompeium autem hoc est illum romanorum ꝺucem a se victum fuisse gloriatus est · quẽ magnum preꝺitum fiꝺutia aꝺ hoc bellum non pro consule·seꝺ pro consulibꝰ roma misisset · fuisse tunc pompeio xxx·milia peꝺitum· mille equites galba scribit· sertorium autem lx·milia peꝺitum viij·milia eq̃tum habuisse commemorat, Postea vero herculeius cum metello congressus · apuꝺ ptalicam betice vrbem·xx·milia militum perꝺiꝺit · victusqꝫ in lusitaniam cum paucis refugit. Pompeius belgicam nobilem celtiberie vrbem cepit. Sertorius ꝺeinꝺe cum põpeio congressus ꝺecem milia militum eius interfecit · ex alio cornu vincente pompeio tantunꝺem pene ipe perꝺiꝺit, Multa ꝑterea inꝺ

eos prelia gesta sunt, Venimius questor pompei · idemq; vir sororis eius occisus est · hirtulei fratres interfecti sunt · perpenna qui se sertorio iunxerat comminutus est · postremo ipse sertorius decem demum anno belli inchoati · hisdemq; quibus et veriatus suorum dolis interfectus · finem bello fecit · romanisq; victoriam sine gloria dedit · q̃muis perpennam postea pars exercitus eius secuta sit · qui a pompeio victus cum vniuerso exercitu suo interfectus est, Ciuitatibus vero cunctis vltro ac sine mora per deditionem receptis · due tantum restiterunt · hoc est vxama et calagurris · quarum vxamam pompeius euertit · calagurrim afranius iugi obsidione cõfectam atq; ad infames escas miseranda inopia coactam · vltima cede incendioq; deleuit. Percussores sertorij premium ne petendum quidem a romanis esse duxerunt · quippe qui meminissent antea veriati percussoribus denegatum · et q̃muis nullo tunc premio patrauerint · romanam securitatem · tamen fortis fide ac viribus semper hispania cum optimos inuictissimos reges reipublice dederit · nullum vnq̃m tirannorum ab initio vsq; in hodiernum diem vel de se editum misit · vel in se extrinsecus incurrentẽ · viuũ potẽtemq; dimisit,

Ca·lxij·

Vterea macedonicum bellum claudius sortitus · varias gentes q̃ rhodopeis montibus circumfuse sunt · ac tum macedoniam crudelissime populabantur · nam inter cetera victu audituq; horrida q̃ in captiuos agebant · raptis cum poculo opus esset humanorum capitum ossibus cruentis capillatisq; adhuc · ac per interiores caũnas male effuso cerebro oblitis · auide ac sine horrore tanq̃m veris vtebantur · has itaq; ut dixi · claudius pellere macedonie finibus bello attemtauit · magnisq; se malorum molibus obiecit, Vnde cũ animo eger · et curis circumseptus · morbo insuper correptus esset · interijt, Huius successor scribonius attemtatarum superiore bello gentium vim declinans · in barbariam arma conuertit · eamq; superauit, Publius vero seruilius ex consule · ciliciam et pamphiliam crudelissime adortus · dum subdere studet · pene deleuit · liciaq; et vrbes eius obsessas oppressasq; cepit. Preterea olimpum mõtem peruagatus fassidem subuertit · corycum diruit. Tauri quoq; mõtis latera in ciliciã vergentia perscrutatus · psauros bello fractos

in dedítionem redegit·primus romanorum per taurum duxit exer=
citum · ac limitem itineris fecit. Triennio emenso quo bellum ge=
stum est · pſaurici nomen assumsit. Costonius proconsul sorti=
tus illiricum · protrita subactaq; dalmatia · salonas vrbem floren=
tissimã post biennio tandẽ expugnuit·et cepit. Ca·lxiij·

Anno ab vrbe condita·dc·lxxix·lucullo et cassio consulibus ·
gladiatores lxxviij · capue a ludo gnei lentuli diffugerunt,
Qui continuo ducibus crixo et ynomao gallis· et sparthaco thrace
vesubium montem occupauerunt · vnde erumpentes · clodij pre=
toris qui eos obsidione cinxerat · castra expugnauerunt · ipõq; in
fugam acto · cuncta in predam auerterunt, Inde per consentiam
et meta poncum circumducti · ingentia breui agmina collegerunt
Nam crixo decem milium multitudo · sparthaco autem triplex tũc
numerus fuisse fertur, Ynomaus enim iam in superiore bello fue=
rat occisus. Itaq; cum cedibus incendijs · rapinis · stupriſq; om=
nia miscerent · in exequijs captiue matrone que se dolore violate
pudoris necauerat · munus gladiatorum ex· cccc·captiuis scilicet ·
qõ expectandi fuerant expectaturi · vtpote laniste gladiatorum po=
ciusq̃ militum principes ediderunt. Deinde consules gelius et lẽ=
tulus aduersum eos cum exercitu missi · quorum gelius crixum ac=
rime pugnantem prelio oppressit. Lentulus a sparthaco superatus
aufugit. Post etiam collatis frustra ambo consules copijs · acepta
graui clade fugierunt. Debinc gaium cassium proconsulem idem
sparthacus oppressum bello interfecit, Itaq; exterrita ciuitate·nõ
minore propemodum metu q̃m sub hannibale circa portas fremẽ=
te trepidauerat· senatus crassum cum legionibus nouoq; supplemẽ=
to militum misit. Is mox ut fugitiuorum pugnam iniit·vi · milia
eorum interfecit·dcccc·vero cepit, Inde priusq̃m ipsum spartacum
ad caput silari fluminis castra metantem bello aggrederetur · gal=
los auxiliatores eius germanosq; superauit, & quibus triginta mi=
lia hominum cum ipsis ducibus occidit. Nouissime ipsum sparta=
cum disposita acie congressum· maximaq; cum eo fugitiuorum co=
pias perculit. Nam sexaginta milia eorum cesa vi·milia capta re=
feruntur· tria milia ciuium romanorum recepta sunt · ceteriq; qui
ex hoc bello lapsi oberrabant·p complures duces frequenti inuagie

contriti ſunt, Capitulū lxiiij.

HEc ego iterum ac ſepius repeto. Nunquid nam & hic cō=
paratione aliqua egent tempera Quis rogo audire non hor=
reat · non dicam bella talia · ſed vel nomina tanta bellorum · exter=
na · ſeruilia · ſocialia · ciuilia · fugitiuorumq; · nec hic ſaltem eſſe
vt commoti maris fluctus · q̄muis molibus magnis ſecuntur · &
vndiq; diuerſis cauſis · vocabulis · formis · maliſq; excitata coacer=
uataq; concurrunt · ut e proximo repetam · et infame illud ſeruile
pretream · iugurtinum bellum nondum adhuc perdetonuerat · nā
cimbricum a circio fulminabat de cimbricis illis nubibus · adhuc fe=
di vaſtiq; torrentes effuſi ſanguinis agebantur · iam ſocialis belli
nebulas in magna continuo malorum nubila coituras miſera ex=
alabat italia. Adhuc vero poſt infinitam crebramq; italici belli tē=
peſtatem · diſcurri tuto per italiam minime poterat · ita omnes abſq;
illis periculoſiſſimis inimicarum vrbium voraginib⁹ diſſoluta ac
lubrica pace titubabant, Iam ſibi marianum atq; cinnanum Ro=
ma parturiebat excidium · aliudq; e diuerſo oriens atq; aquilo hoc
eſt mitridaticum minabatur. Quod quidem mitridaticum a ſupe=
rioribus ceptum · porro in vlteriora porrigitur, De mariana face
rogus ſyllane cladis accenſus eſt · de iſto rogo funeſtiſſimo ſyllani
et ciuilis belli per plurimas terrarum partes ardentes ſudes ſunt ·
multaq; incendia ex vno fomite diffuderunt Nam lepidus et ſcipio
in italia · brutus in gallia · domicius cinne gener in affrica · carbo
in caſſura et ſicilia · perpenna in liguria · et poſt cum ſertorio in hi=
ſpania · omniumq; attrociſſimus ſertorius in eadem hiſpania, Hec
tunc ciuilia vel quo alio dicenda ſunt nomine bella excitantes · de
vno multa · de magno magna fecerunt · abſq; illis tribus vaſtiſ=
ſimis bellis · que tunc externa vocabantur · hoc eſt pamphilico · ma=
cedonico · atq; dalmatico · diſſimulato etiam magno illo mitrida=
tico · longe omnium diuturno · infeſtiſſimo ac formidoloſiſſimo · de=
inde adhuc hiſpanienſi ſertoriano nondum finito · pmo ipō adhuc
viuente ſertorio · hoc fugitiuorum et ut verius dicam gladiatoriciū
bellum inhorruit · iam non expectandum paucis · ſed vbiq; metu=
endum. Qō quia fugitiuorum bellum dicitur · nemini vile habeat
ex nomine, Sepe in eo ſinguli · et aliquando ſimul cum agminib⁹

fruſtra iũctis·ambo conſules victi ſunt·plurimiq; nobiles trucidati ipi autem fugitiui pluſqm̃·c·milia fuere qui ceſi ſunt, Ex quo admonemus·ut ipa ſe conſoletur italia de vexatione extnorum preſentium per recordationem preteritorum ex ſe atq; in ſeipa· et ipam incomparabiliter crudelius dilacerantium ſuorum. Quã obrem huic nunc ſexto volumini iam finem fecerim · vbiq; permixta vel que dicta ſunt · vel etiam que ſecuntur · quia ſic ſibi ſerie temporũ et malis ſequacibus cohereſunt·libri ſaltim termino ſeparentur,

Incipit liber quintus.

Omnes homines cuiuſlibet vel ſecte vel vite vel patrie ita ſemper ad proſpectum prudentie naturali bono eriguntur · ut oblectamento corporis rationale mentis · & ſi non actu preferant iudicio tamen preferendum ſciant. Que mens racõne duce illuſtrata·in medio virtutum quibus genuino fauore q̃muis vicijs inclinetur·aſſurgit · ſcienciã dei quaſi arcem proſpicit. Deum enim quilibet hominum contemnere ad tempus potẽſt · neſcire in totum non potẽſt. Vnde quidam dũ in multis deum credunt multos deos indiſcreto timore finxerunt.

Sed hinc iam vel maxime cum auctoritate veritatis operante · tum ipa etiam ratione diſcutiente diſceſſum eſt · quippe cum et philoſophi eorum ut de noſtris ſanctis fileam· dum intenti mentis ſtudio querunt ſcrutanturq; omnia·vnum deum auctorem omnium reperierunt·ad quem vnum omnia referuntur · vnde etiam nunc pagani quos iam declarata veritas de contumacia magis q̃m de ignorantia conuincit· dũ a nobis diſcutiuntur·non ſe plures deos ſequi · ſed ſub vno deo magno plures miniſtros venerari fatentur Reſtat igitur de intelligentia veri dei per multas intelligendi ſuſpiciones confuſa diſſenſio· quia de vno deo omnium pene vna oppinio eſt. Huc vſq; humana ſcrutatio et ſi cum labore potuit·at vbi ratiocinatio defecit · fides ſubuenit. Niſi enim crediderimus nõ intelligimus. Ab ipo audias · ipiq; deo credas · qđ verum velis ſcire de deo. Itaq; vnus eſt et verus deus · in quem omnis ut diximus·etſi ex diuerſis oppinionib; ſecta concurrit·mutãs regna·& diſponẽs

tempora · peccata quoq; puniens. Que infirma sunt mundi elegit ut confundat fortia · Romanumq; imperium assumpto pauperrimi status pastore fundauit Hoc per reges et consules diu prouectū postqm̃ aspe affrice · atq; europe potitum est · ad vnum imperatorem · eundemq; fortissimum et clementissimum cuncta sui ordinacione congessit, Sub hoc imperatore quem omnes fere gentes amore et timore permixto iuste honorarent · deus verus qui superstitione sollicita ab ignorantibus colebatur · magnum illum intelligẽcie sue fontem apperuit · promptiusq; docturus homines filiū suum misit · operantem virtutes que precellerent hominẽ · coarguentẽq; demones quos aliqui deos putauissent · ut qui ipi tanqm̃ homini non credidissent · operibus tanqm̃ dei crederent · deinde ut in magno silencio ac pace latissima inoffense et celeriter noui nominis gloria et annunciate salutis velox fama percurreret · vel etiam ut discipulis eius per diuersas gentes euntibus · vltroq; per cunctos eius salutis dona offerentibus · abeundi ac differendi quippe romanis ciuibus inter ciues romanos esset tuta libertas, Qđ ideo commemorandum putaui · quia hic sextus libellus vsq; ad cesarem augustum de quo hec dicuntur extenditur Qđ si aliqui hanc lucidissimã rationem irritam putant · suisq; dijs pocus assignant · quos primum prudentia eligerent · deinde precipuo cultu inuitarent · ut sibi per eos amplissimum hoc pulcerrimumq; imperium conderetur · sic enim iactitant · quia ipi optimo genere sacrorum emeruerint · precipuum deorum fauorem · quibus ademptis vel pretermissis · discesserunt omnes aditis arisq; relictis · de quibus imperium hoc steterat Vnde q̃muis reuerentia sanctitatis tue multa fortissimeq; disseruerit tamen et michi locus exigit · ut pauca subijciã · Ca · ij ·

SI romani colendo deos · emeruerunt fauorem deorum · & nõ colẽdo amiserũt · ut ipe romulus pens rome int̃ tot mala ab ipõ ortu suo ingruentia saluus esset colendo · quis meruit · an amulius auus qui exposuit ad necem · an pater qui incertus fuit · an rhea mater stupri rea · an albani parentes ab initio romani nominis germina plequentes · an tota italia que per · cccc · annos dum audire potuit · excidio eius inbiauit, Non inquiunt · sed dij ipsi quia se colendos sciebant · futuros custodire cultores, Ergo presci

sunt· si prescij sunt · cur hoc imperium inter tot annorum secula eo potissimum tempore ad summam potencie arcem peruxerunt·quo se ille nasci inter homines atq; agnosci ut homo voluit · post cuiꝰ nomen et ipi pro nichilo contempti sunt · et cum vniuerso mundo etiam illi quos illi prouexerant cucurrerunt, Sed humiliter obre= psit inquiunt · et latenter intrauit, Latentis et humilis vnde tam celebris fama · tam indubitata fides·tam manifesta potentia signis quibusdam et virtutibus mentes hominum superstitione sollicitas cepit et tenuit, Ad hec si homo potuit · dij magis posse debuerunt, An quia ille hanc potenciam a patre sibi traditam predicabat · p= uentum est aliquãdo ad intelligentiam illius noti et ignoti dei quã apprehendere ut dixi nemo nisi per ipm potest · nec quisqm̃ potest· nisi qui toto prospectu conuersus ad sapientiam dei · omnem que= rendi ratiocinationem transtulerit ad credendi fidem, Verumtamẽ breuiter discutio, Dij isti · quos tantos ferunt · ut romanam rem publicam et propicij prouexisse·et auersi afflixisse videantur·eo cer= te tempore qõ palam constat · quo nasci cristus voluit · & annun= ciari gentibus cepit · deuotissime atq; intentissime colebantur, Ita illi consulentes et sibi et cultoribus suis non potuerunt vel reprimẽ vel repellere superstitionem eius·propter quã spernẽdos se·cultores= q; suos destituendos viderent · quãqm̃ si ab inuitis danda venia · nec deserendi fuerunt·si a voluntarijs seruanda prescientia·nec pri= us fuerant adiuuandi, Hoc factum est inquiunt Nam excitauim9 gentes · accendimus reges · instituimus leges · dispositimus iudi= ces·preparauimus penas·supplicijs et crucibus orbem totum scru= tati sumus· si quomodo xp̃ianum nomen et cultus vniuerso mun= do posset abradi, Hoc eatenus factum est·donec fecunda crudelitas eo vsq; inter tormenta ac per tormenta proficeret · quãdiu ipm re= gium culmen per qõ solum prohiberi potuerat occuparet, Et quid postea consecutum est Imperatores inquiunt cristiani cessare sacra et claudi templa iusserunt · atq; ideo excessere omnes aditis·aris re= lictis dijsq; quibus imperium hoc steterat, O quanta et quã inof= fensa lux veritatis est · si non aduersus eam vltro sese offerentẽ im= becilli infeliciter oculi clauderentur, Si xp̃iana fides per multa re= tro tempora seuientibus vndiq; aduersum se gentibus · regibus ·

legib⁹·cedib⁹·crucib⁹·ac mortibus reprimi nullo modo potuit·ꝓmo ut dixi inter hec et per hec creuit · cultus autem ꝑdolorum iam qꝺ ammodo ex se deficiens·ac sibi erubescens · ad vnam dementissimã iussionem sine vllo penali terrore cessauit · cui dubium est hoc per istius intelligentie demonstrationem de creatore suo tandem immotuisse creature · qꝺ illa eatenus per varias ratiocinationes mentis intente quãlibet alijs offuscata quesierit · ac per hoc statim amoti eius quẽ etiam ignorans dilexerat inhesisse, Nec igitur mirum est · si in magna familia inueniantur aliqui serui · qui consuetudine lasciuiaq; seductorum assuefacti · pacientia domini sui ad contemptum ipius abutãtur, Vnde et merito deus vel ingratos vel incredulos · vel etiam contumaces varijs correptionibus arguit, Qꝺ sꝑ vtiq; fatendum est · tunc tamen precipue · quando adhuc per vniuersum mundum nulla erat ecclesia · que interuentu fidelium precum · meritas mundi penas · iustumq; iudicium dei exorata ipius clementia temperaret. Vnde etiam hec que mala hominibus videntur·qualiacumq; sunt grauiora sine dubio omia fuerunt · sicut ipo quo cepta sunt ordine probabuntur. Ca·terciũ,

BEllum mitridaticum vl' ut veriꝰ dicam belli mitridatici clades · multas simul inuoluens prouincias · tracta et protenta per xl·annos fuit. Nam dc·lxi·ut dixi anno ab vrbe condita · quo etiam primum ciuile bellum ceperat · inardescens · consulatu vero ciceronis et antonij· ut verbis poete optimi loquar · barbarico vix consumata veneno est. Sed in his temporibus xxx·gerendi belli inueniuntur anni. Qualiter autem xl·a plerisq; dicti sint · non facile discernitur. Igitur mitridates rex ponti · atq; armenie · postq̃ nicomedem bithinie regem amicum populi romani regno priuare molitus est · atq; a senatu monitus · si facere temptaret · bellum sibi a populo romano inferendum fore · iratus cappadociam continuo peruasit · atq; expulso ab ea. Ariobarzane rege · cunctam ꝓuinciam igni ferroq; vastauit. Bithiniam deinde pari clade corripuit · paflagoniam simili exitu afflixit · pulsis ex ea philemene et nicomede regibus. Post cum venisset ephesum · crudeli precepit edicto · ut per totam aſyam quicumq; inuenti essent ciues romani· sub vna die omnes necarentur. Et factum est · nec explicari aut

comprehendi vllo modo verbis potest · que tunc multitudo roma=
norum ciuium cesa sit · quis merot plurimarum prouinciarum ·
quis gemitus occidentorum parit atq; occidentium fuerit · cum sin=
guli quiq; aut prodere innocentes hospites et amicos · aut ipi perí=
clitari pena hospitum cogerentur. Archelaus dux mitridatis cũ
c·xx·milibus peditum atq; equitum in achaiam premissus · athe=
nas cunctamq; greciam partim vi·partim dedicione obtinuit.

Capitulum quartum,

SYlla cui post consulatum mitridaticum bellum obuenerat ·
archelaum apud pireum athenienſium portum septemplici
muro cõmunitum diu obsedit · ipam athenienſium vrbem vi cepit
Postea iusto prelio cum archelao conflixit c·x· milia de exercitu
archelai interfecta · vix x·milia superfuisse referuntur. Compta
clade mitridates · electissima lxx·milia militum archelao in subsidi=
um misit ex aspa. Secundo prelio l·milia ex his interfecta sunt·
ibiq; diogenes archelai filius trucidatus est, Tercio bello omnes
copie quas archelaus habebat extincte sunt, Nam xx·milia militũ
eius in paludem pulsa · cum sylle fidem implorarent · insaciabili
victoris ira interfecta sunt · totidemq; alia in flumen coacta ac ne=
cata · reliqui miserorum passim trucidati sunt, Porro autem mi=
tridates in aspa nobilissimarum vrbium principes occidere · bona=
